BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
11 — A
24
9-1-1

Fratris Hieronymi.

Sauonarolæ, Ferrarienſis, Ordinis prædicatorum, Triumphus crucis, de fidei ueritate. Poſt nouiſſimā impreſſionem alias Venetis excuſſam. Denuo nunc pti mū a bene docto theologo adamuſſim rccognitus, cunctiſq; mendis ex purgatus.

✠



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

D.PROB.ROM.S.J.

8-11-A-24

¶ Tabula capitulorū: quę ī hoc uolumine ↄtinent̄.

Libri p̄mi capi.

Procemium totius operis
De modo procedēdi. Capitulo primo.
De trīūpho xp̄i: unde fidei argumēta eliciunt̄. Ca.ii.
Poſitiones omnibus concedendę. Cap.iii.
Solutio obiectorū cōtra dictas poſitiones. Ca.iiii.
De ordine procedendi. Cap.v.
Deum eſſe. Cap.vi.
Deum nō eſſe corpus: nec corporis formā: nec aliquid compoſitum. Cap.vii.
Deum eſſe ꝑfectum: & ſummū bonū: īfinitę potētiæ ubiq;: īmutabile: & æternum. Cap.viii.
Deum eſſe unum. Cap.ix.
In deo eſſe intellectū: perfectāq; rerū cognitionē: eūq; nō neceſſitate naturę agere: ſed uolūtate. Cap.x.
Deum habere oīum rerū ꝓuidentiam. Cap.xi.
De fine hōis ad quē diuina dirigit̄ ꝓuidētia. Ca.xii.
Finem hōinis ultimū in p̄ſenti uita nō eſſe. Cap.xiii.
Animam hominis eſſe īmortalem. Cap.xiiii.

Capi. ſecundi libri.

Procemium de ordine procedendi.
Aliquam ueram eſſe relligionem. Capitulo primo.
Duplicem eſſe dei cultum. Cap.ii.
Nullam chriſtiana uita inueniri meliorem. Cap.iii.
Vltimū chriſtianę uitę finē meliorē nullū excogitari poſſe Capitulo quarto.
Nullum ad beatitudinē medium chriſtiana uita meliꝰ inueniri. Cap.v.
Per relligionē chriſtianā homines certiſſime ad beatitudinem perduci Cap.vi.

Vel ex

Vel ex eo fidē christianā eſſe uerā: q optimę uitę ſit
cauſa. Cap.vii.
Doctrinā xpianā: cui fides initiū: eē a deo. Cap.viii.
Ab oratione: & contemplatiōē christianā fidē eſſe ue
ram Cap.ix.
A cultu xpianorū exteriori fidem eſſe uerā. Cap.x.
Ab itrinſecis xpianę uitę effectib⁹ fidē eē uerā.c.xi.
Ab extriſecis xpianę uitę effectib⁹ fidē eē uerā.c.xii.
A b admirādis christi operibus: & primum a potentia
fidem eſſe ueram. Cap.xiii.
A ſapientia christi fidem eſſe ueram. Cap.xiiii.
A bonitate christi fidem eſſe ueram. Cap.xv.
A xpi potētia ſapia: & bōitate ſiml' fidē eē uerā.c.xvi
Capi.tertii libri.
Procemium de ordine procedendi.
In deo eſſe infinita: deumq; infinita facere poſſe: quæ
humani itellectus captū excedant. Cap.i.
Quę ſupra hōis itellectū xpiana credit relligio. C.ii.
A christiana fide de trinitate nihil impoſſibile: nihil
irrationabile aſſeuerari. Cap.iii.
Christianam fidem de creatione nihil impoſſibile: ni
hil irrationabile affirmare. Cap.iiii.
Christianam fidem de creaturę rationalis ſanctifica-
tione: deq; eius gloria: & reſurrectione nihil impoſ
ſibile: nihil irrationabile atteſtari. Cap.v.
Christianam relligionem penas damnatorum conue
nienter ponere. Cap.vi.
Christianā relligionē de christi incarnatiōe nihil ipoſ
ſibile: nihil indecēs: aut irrōnabile ſentire. Cap.vii.
Christi natiuitatē ex uirgie: nec ipoſſibilē: nec irratio
nabilē: ei⁹ aūt uitā ɔuenietiſſimā fuiſſe. Cap.viii.

Quę de originali peccato xp̄iana relligio aſſerit: nec
ipoſſibilia eſſe: nec ratiōe carētia. Cap̄. ix.
Christi paſſionē: ac reliq̄ humāitatis ei⁹ myſteria: oia
q̨ eccleſię circa fidē decreta: rōabl̄r poni. Cap̄. x.
Chriſtianā relligionē duo charitatis præcepta totius
uitæ moralis fūdamēta ſapiētiſſime ponere. Cap̄. xi.
Moralē eccleſiæ doctrinā excelētiſſimā eē. Cap̄. xii.
Iudicialem eccleſiæ doctrinam maxime rationabi-
lem eſſe. Cap̄. xiii.
Eccleſiæ ſacramenta couenienter a chriſto inſtituta
fuiſſe. Cap̄. xiiii.
Numerū ſacramentorum rōnabilē eſſe. Cap̄. xv.
Ritus ſacramentorum conuenientes: ac rationabi-
les eſſe. Cap̄. xvi.
Solutiones obiectorum circa ſacramentum euchari-
ſtiæ. Cap̄. xvii.
Cerimonias eccleſiæ rationabiles eſſe. Cap̄. xviii.
¶ Libri quarti capi.
Procemium.
Nullā relligionē pręter xp̄ianā uerā eſſe. Cap̄. i.
Relligiones a philoſophis traditas defectuum: & er
rorum plenas fuiſſe. Cap̄. ii.
Traditiones aſtrologorum penitus inutiles: ac ſuper
ſtitioſas fuiſſe. Cap̄. iii.
Idolatrarū ſectam oium uaniſſimā eſſe. Cap̄. iiii.
Iudaicæ p̄fidiæ ſuperſtitiōiſq̨ cōfutatio. Cap̄. v.
Hereticoꝝ omne dogma falſū: ac puerſū eē. Cap̄. vi.
Mahumetāoꝝ ſectā omni ratiōe carere. Cap̄. vii.
Chriſtianam relligionem omnino ueram: & ſtabilem
eſſe. Cap̄. viii.
Totius operis epilogus. Cap̄. ix.

Finis.

¶ Fratris Hieronymi ſauonarolæ: Ferrarienſis: ordinis prædicatorū: de ueritate fidei: in dominicę crucis triumphum.

Proœmium.

GLorioſum crucis triumphum contra huius ſæculi ſapientes: garruloſq; ſophiſtas: arduum ꝑfecto: ac ſupra uires: temporibus tamen noſtris utile opus: ac neceſſarium: diuina ope fretus aggredior. Quamuis enim ex innumeris domini noſtri ieſu xp̄i operibus: ac celebratis toto orbe miraculis: ſacriſq; theologorum monumētis: fides omni ex parte adeo fundata: & ſtabilita ſit: ut de illa amplius indagari: nedum ambigere: ſuperfluum: curioſumq; uideatur: pleriq; tamen hac tempeſtate mortales ita peccatorū ſordibus uolutantur: ut ad ueritatis lucem caligantes: cęleſtia ꝑ ridiculo habeāt: ac diuina miracula quaſi deliramēta contemnāt. Nos itaq;: quos nimirū zelus domus dei comedit: præterita: ac pene abolita in memoriam reuocantes: quaſi ſomniculoſos excitare conabimur. Licet autē fides ex cauſis: principiiſq; naturalibus demonſtrari non poſſit: ex manifeſtis tamen effectibus ualidiſſimas rationes adducemus: quas nemo ſane mentis inficiari poterit. Non ꝙ fides his tantummodo initatur: (cum teſte apoſtolo): donum illa ſit dei: non ex operibus: ne quis glorietur: ſed ut eorum ſubſidio nutantes: baſibus ſolidatis: conſiſtāt increduli: ad recipiendum ſupernaturale fidei lumen diſponātur: fideles autē his inſtructi armis: cōtra ipſos oppugnatores procedant: paſſimq; illorum inſipi-

entiam detegentes: ſimplices ab eorum faucibus: in
cautoſq; eripiant. Neq; uero eſt: cur hac de re fidei me
rito derogari quis putet: propterea q̄ tritum illud ſit
fidem non habere meritum: cui humana ratio prebet
experimentum. Ad eos enim hoc tantum refertur: q
nō niſi rationibus coacti credere uolunt. Qui autem
primum diuinō munere cōſtantiſſime fidem amplexi:
ſe inſuper: atq; alios in ea rationibus cōfirmare cōten
dunt: hi ſunt præcipue cōmendandi: principe apoſto
lorum petro ita nos exhortāte. (Dominum autem
chriſtum ſanctificate in cordibus ueſtris: pati ſemper
ad ſatiſſactionem omni poſcēti uos rationem de ea:
quę in uobis eſt: fide: & ſpe). Quia ergo rationib⁹ dū
taxat diſputare cōtēdimus: nullius auctoritati inite-
mur. At q; ita in toto opere progrediemur: ac ſi nulli
hominū quālibet ſapiēti: ſed ſoli rationi ex his: quę
uidemus: & experimur: credendum ſit: rationi eni
naturali omnes aſſentiri coguntur. Quoniā uero cū
ſapiētibus huius ſęculi nobis modo agendū eſt: quos
domeſtici: & nudi ſermonis lectio plerum q; faſtidit
cōſuetæ ſimplicitatis noſtrę metā paululū i hui⁹ ope
ris ſtilo: p illorū ſatiſfactione: trāſgediemur. Am.

¶ De modo

¶ De modo procedendi Cap.

OPortet autem nos ad cognitioné inuiſibilium p uiſibilia deuenire: omnis eni noſtra cognitio incipit a ſenſu: ſenſus uero ea ſolũ: quæ extrinſecus ſũt: accidentia: cognoſcit. Intellectus aũt ſubtilitate ſua rerꝫ ſubſtãtiam penetrat: quarũ ꝯſideratiõe ad cognitionem imaterialium: & inuiſibiliũ rerꝫ eleuatur. Dum enim ſubſtantiã: & ꝓprietates: ordiné: cauſas: & motum rerum uiſibilium ſpeculatur: per hæc in ſubſtantiaruꝫ ſeparatarꝫ: & dei notioné quodãmodo manu ducitur: & ſublimatur: quéadmodũ etiã per accidentia & motus operatione ſua hominis extriſeca: ad latentis animæ: interioriſqꝫ hominis: ac inuiſibiliũ ſuimet partium intelligẽtiã puenit. Colligentes igitur philoſophi præ oculis uniuerſum: cęlos ſcilicet & ornatum eorꝫ: atqꝫ influxum: necnõ ælementorꝫ proprietates: actiones mixtioneſqꝫ eorꝫ multimodas: cõpoſitarꝫ rerum uarietates: motus: & proprias paſſiones: mirabilem deniqꝫ ordiné: & mundi huius uiſibilis magnitudinem: & pulchritudinem: ad inuiſibilia ſuſpicienda mentis aciem erexerunt. Quibus inuentis: eorum naturas: & proprietates qualitercũqꝫ potuerunt: inueſtigare conati ſunt. Sicut ergo ipſi philoſophi: res naturales eſſe opera dei cognouerũt: per quæ in eius uirtutis: & glorię cognitioné peruẽiri poteſt. Ita quę fiũt in eccleſia chriſti ſenſib⁹: & ratione pceptibilia: oſtẽdere uolumus eſſe eiuſdé opera dei: p quæ ad notitiam maieſtatis: & glorię ieſu chriſti: qui nobis inuiſibilis eſt: peruenire poſſumus. Quem ad-

… igitur omnia: quę deus fecit in uniuerſo: phi-
loſophi aggregauerunt: oportet quoq; nos collige-
re quęcūq; chriſtus in mundo operatus eſt. Et ſicut
ex miris naturæ operibus philoſophi coacti ſunt cō
fiteri: deum eſſe primam omniū cauſam: & opus na
turæ eſſe opus intelligentiæ non errantis: hoc eſt dei
ita ex admirandis chriſti operibus oſtendere uolu-
mus: eundem chriſtum crucifixum eſſe primam om-
nium cauſam: & ipſius operationes eſſe dei operatio
nes: qui errare nō pōt: nec tamē ꝓpterea aſſerere uo-
lumus: nos ob has ratiōes credere. Neq; eni harū ar
gumentationū uirtute: chriſtiana mens ad credendū
impellitur. Alioquin de huiuſmodi rebus non fides:
ſed opinio haberetur: uirtute autem hæc credimus
luminis ex deo nobis ſupernaturaliter infuſi. Deinde
his ratiōibus fideliū animos alacriores reddimus: &
cōfirmamus. Incredulis aduerſariis demōſtrantes: fi
dē a nobis non leuiter: & inaniter: ſed grauiter: ſapiē
tiſſimeq; teneri. Vt aūt melius uniuerſa diuerſorum
temporuꝫ eccleſiæ opera: tā pręſentis ꝗ̄ præteritæ in
unum collecta ante oculos ſtatuamus: ad ſimilitudi
nem: & comparationem uniuerſi: ſub effigie currus
triumphalis: ſingula inferius deſcribemus:

¶ De triumpho chriſti: unde fidei argumenta eliciū
tur. Cap. ii.

DEus eni cū ſit īfinitę potētiæ: ſapiētię: & bo
nitatis: nō poteſt per unā tantū creaturam
niſi īpfecte cognoſci. Philoſophi ſiquideꝫ
in tātæ maieſtatis notitiā ex ordine uniuer-
ſi potiſſimum deuenerunt: ꝗ ordo non ex una dūta-
xat re: ſed ex īnumeris fere cōſtat: quas non multa cū

difficultate

dificultate præoculis ſimul ſtatuere potuerunt: cum ſint omnes naturali quodã uiculo ita ɔnexæ: ut alia ex alia pendeat. Virtus quoqꝫ: & ſapiẽtia chriſti nõ ex uno eius ope ſtatim potent apprehẽdi. Verũ ſi om nia illius geſta: & effectus: qui inde emanarũt: cõſpe ctui noſtro pariter offeramus: non unam tantũ ratio nem: ſed multas ex ipſis colligentes: cõpelletur nimi rũ cuiuſlibet hominis intellectus fateri: chriſtũ cruci fixum eſſe uerũ deum. Quia ſi unica operatio: & ar gumentatio minus ſufficiat: omnes tamen ſimul col lectæ eam uim habebunt: ut quiſpiã niſi ꝑteruæ mẽ tis diſſentire non poſſit. Verum qa prætenta: & præ ſentia chriſti opera nõ facile conſpectui ſe ſe offerũt: ſicut naturalia: cũ qbus quottidie uerſamur: & quæ miro ſub cælo ordine cõnectuntur: oportunũ duxi ea ad ſenſibilẽ imaginem ſub ſpecie currus triumpha lis redacta: cuilibet etiam rudi ingenio quaſi palpan da proponere: ut nõ tantũ ſingula ſeorſũ: ſed cuncta pariter cõtẽplemur. ¶ Primũ itaqꝫ ante ora cõſtitua mus currũ quattuor uectũ rotis: & ſup eo: more triũ phãtis: xp̃ꝫ ſpinis coronatũ: inumeris probris: & cõ tumeliis: atqꝫ atrociſſimo: & turpiſſimo ſupplicii: ac mortis genere ſupatis: plagaꝶ liuorẽ: totiuſqꝫ cruẽ tati corporis cicatrices: & uulnera oſtendentẽ: qbus non aliis armis cuncta ſubegit: & captiuã in altũ du xit captiuitateꝫ. Eiuſqꝫ uertici: micantibus radiis lu cidiſſimis: imineat globus trina facie trinitatẽ effin gens: q totum ipſum chriſtũ: eiuſqꝫ eccleſiã inenarra bili circũfuſo ſplendore: pꝛſus illuſtret: chriſtus uero leua crucem teneat: cũ cęteris paſſionis ſuę aculeis: & inſtrumentis: utriuſqꝫ teſtamenti uolumen dextra cõ

plectens. Iuxta pedes cum ſuperpoſita hoſtia ſtet ca⸗
lix: & circa ipſũ diſtincta uaſa aquæ: uini: olei: & bal
ſami: cum reliquis ſacramentoꝝ eccleſię ſignis. Mox
infra gradum chriſti ſedeat piiſſima eius mater uir⸗
go maria. Ad hæc infra ipſius uirginis gradum cir⸗
cumquaq; diſpoſita ſint aurea: argentea: & cryſtalli
na uaſa: celaturis & gēmis ornata præcioſis: nõ niſi
oſſibus: & cineribus referta mortuorum. Ante currũ
ſtatim apoſtoli: & prædicatores omnes: quaſi uehicu
lum trahentes aſſiſtant. Præeuntibus patriarchis: &
prophetis ueteris teſtamenti: cum innumera uirorũ:
& mulierum caterua. Currum circunſtent ampliſſi⸗
ma utriuſq; ſexus: & cuiuſlibet conditionis agmina
martyrum: circa quos ſint uniuerſi doctores ſacri: li⸗
bros apertos utraq; manu geſtantes. Currum dehic
ſequatur infinita multitudo utriuſq; ſexus: & omnis
generis: & ſortis hominũ: iudeorũ ſcilicet: græcoꝝ:
latinorum: ac barbarorum: tam diuituꝫ q̃ pauperũ:
ſapientum: eruditorum: idiotarum: & cuiuſlibet ęta
tis plaudentiũ. In circuitu autẽ hoꝝ oium tã præce⸗
dentium q̃ ſequentium triumphalis pompam currus
ponamus: innumeras hoſtium turmas eccleſiam to⸗
tis uiribus oppugnantes. Imperatores ſcilicet: reges:
principes: & potentes huius ſęculi: ſapientes quoq; &
philoſophos: & hereticos: ac ex omnium gẽtium: &
linguaruꝫ populis: ſeruis: & liberis: maribus ac femi
nis: infinitã ſortis cuiuſcũq; frequentiã. Iuxta hos ꝓ
phana deorũ ſimulachra: & idola conſtrata: diruta:
& comminuta deſcribantur: necnon libri hereticorũ
combuſti: cõfutataq; cęterarum ſectarum dogmata:
cultus deniq; omnis aliarum relligionum deiectus: &

euerſus. ¶ Huiuſmodi ergo currus ante oculos no-
ſtros deſcriptus: & conſtitutus: erit quaſi quoddam
uniuerſum: unde nouam philoſophiam elicere ualea-
mus. Pro prima ſiquidem cauſa: & pro inuiſibili-
bus: ad quorum cognitionem per uiſibilia nituntur
philoſophi peruenire: in uertice chriſti radiantem
globum lucidiſſimum ſtatuimus: uice ſanctiſſimæ
& indiuiduæ trinitatis. Quam ſummum deum eſ-
ſe confitemur: atq; ipſum chriſtum: qui nobis inui-
ſibilis eſt: cæteris undiq; ſupereminentem: cui innu-
meros angelorum: & animarum beatarum choros
aſſiſtere credimus: Ad quorum cognitionem: & ſci-
entiam ex his: quæ ſupra: & circa currum uiſibilia
collocauimus: peruenire conabimur. Sicut autem
philoſophi poſt inuiſibilia cœlum dicunt eſſe prin-
cipalem omnium: quæ infra ipſum generantur: cau-
ſam: ita & nos crucem: & paſſionem chriſti: poſt di-
uinitatem: ponimus principalem cauſam gratia-
rum eccleſiæ: & noſtræ ſalutis. Et ſicut poſt cœlum
ſuccedunt ælementa: ita poſt paſſionem chriſti ſe-
quuntur eccleſiaſtica ſacramenta. Et quemadmo-
dum ælementa uirtutem omnem habent a cœlo:
ita ſacramenta uirtutem a paſſione chriſti conſe-
quuntur. Poſt ælementa uero ſemina in mundo:
& agentia particularia ponimus. Pro ſeminibus
ergo in triumpho noſtro doctrinam accipimus euã-
gelicam: ſanctorumq; opera: & exempla: quo-
rum oſſa: ac cineres nos memores reddunt. Eo-
rum namq; monumentis: meritis: & exemplis: eccle-
ſia quottidie claris: ac fructuoſis operibus fe-
cundatur. Inſuper pro particularibus agentibus

deſcripſimus apoſtolos: patriarchas: prophetas: mar
tyres: ac doctores: qui dum uiuerent: uniuerſum ter
raꝫ orbē ſuis prædicationibus in chriſto regenera-
runt. Sancti enim dñ chriſto coopantur: particularia
agentia recte uocari poſſunt. Eoꝝ uero ſcripta: bona
opa: & exempla: quæ ſæpiſſime in eccleſia recolūtur:
nobis ſemina beneuiuēdi ꝓculdubio exiſtunt. Poſtre
mo ī hoc mundo corporeo ſequuntur effectus: ꝑ qui
bus ampliſſimam hoīum multitudinem cuiuſlibet
cōditiōis deſcripſimus: ad chriſtū exemplis: & adhor
tatiōibus ſanctoꝝ conuerſam: quæ cum pie: tum etiā
ſanctiſſime uixit. Sed q̄a in rebus naturalibus om-
nis motus eſt de contrario in contrariū: & generatio
unius eſt corruptio alterius: in omni generatione pu-
gnantia inuicem contraria reqruntur: ubi ſemper ma
ior præualet uirtus. Propterea hoſtes chriſti: & ec-
cleſiæ: eorumq; errores undiq;: chriſto duce: fuga-
tos: & euulſos: in hoc mūdo deſcripſimus. Porro ex
quattuor rotis quattuor mundi partes ītelliguntur:
per fidē: & ueritatem chriſti mirifice illuſtratæ. Sicut
ergo philoſophi præ oculis habētes ordinem uniuer
ſi: & eius effectus conſiderantes: admiratione: & ar-
dore diſcēdi ipſas naturaliū effectuum cauſas perqui-
rendo: paulatimq; ab inferioribus ad ſupiora aſcen
dendo: ad cognitionē diuinæ maieſtatis: & inuiſibi-
lium peruenerūt. Ita & nos ſi triumphi: & deſcriptio
nis huius imaginem: præteritoſq;: & quottidianos
effectus hinc ellicitos diligentius perſcrutati fueri-
mus: incipiemus admirari: & eorum cauſas inquire-
re: & per hoc: ad diuinitatem chriſti: & inuiſibilia ma
ieſtatis eius cognoſcenda: gradatim transferemur.

¶ Poſitiones omnibus concedendæ.

¶ Capitulũ tertiũ.

VT autem in hac noſtra diſputatione cõgrue procedamus. Sciendum eſt: oportere diſputantes in aliquo ſemp: uel in quibuſdam cõuenire: alioquin ſi in omnibus diſſiderent: non haberet diſputatio locum. Ea uero: in quibus ſẽper conueniunt diſputantes: ſunt oĩbus ęque notiſſima: quæ uel ſenſu: uel inductione cognoſcuntur: uel eis uirtute luminis intellectus agentis: cum proponuntur: ſtatim aſſentimur. Licet in multis etiam poſſint conuenire diſputantes: non ęque omnibus: ſed ipſis tantummodo notis. Oportet ergo nos notiſſima quędam quaſi fundamenta proponere: quæ ſi negarentur: omnis noſtra diſputatio ſolueretur: quia contra negantes principia non eſt diſputandum. Si quis enim negaret aliquid moueri: uelut zeno: cum eo phyſicus diſputare non poſſet: cum phyſicus omnia: uel quædam moueri pręſupponat. Cõueniamus ergo in hoc primum: ſcilicet ieſum chriſtum a iudeis fuiſſe crucifixũ: & ab oĩbus fere gẽtibus pro deo habitũ: & adoratũ: hoc enĩ cunctis tã fidelibus q̃ infidelibus plane ꝯſtat. Quod heretici: iudei: mahumetani: & oẽs gẽtiliũ & barbaroꝝ linguæ fatenẽ: & ab initio perpetua ſucceſſione chriſtiani eum ad hæc uſq; tempora ita coluerunt. Libri quoq; de ipſo chriſto: eiuſq; eccleſia quocunq; idiomate æditi: tam fidelium q̃ aduerſariorum ubiq; terrarum uulgati: abunde nobis perhibent teſtimonium. Nulla deniq; mundi regio: aut angulus uix relictus eſt ullus: ubi chriſtianarum eccleſiarum monumenta non extent-

Nec aliquis fere inuenitur in orbe locus: in quo uel ie ſus chriſtus crucifixus tanq̃ uerus de⁹ non adoretur: aut retroactis temporibus ibidē nō fuerit adoratus: uel ſaltem ubi neſciant: a chriſtianis eundem: ut ue rum deū: hactenus cultum: & in preſentia colli: unde infideles eum uocant deum chriſtianorū. Quamob rem delirū: & ſtultum foret id negare: qđ omnium ora: ſcripta: ueſtigia: & antiqua monumēta teſtant̄. De aliis conſequenter in triumpho deſignatis idem aſſerimus: uidelicet de confeſſione: & adoratiōe ſan ctiſſimę trinitatis: crucis: eucharſtię: uirginis marię: atq; ſanctorum: quorum cineres: & oſſa loculis recondita prçcioſis: in toto terrarum orbe notiſſimū eſt a chriſtia nis ſumma in ueneratiōe haberi: ut etiā hactenus ha bita ſunt. Atq; etiam notū eſt: apoſtolos crucis chri ſti præcones extitiſſe: & ante eos hebrçi populi ꝓphe tas: & patriarchas: hic martyres: & ſacros eccleſię do ctores: īfinitam quoq; monachorum clericorum: religio ſorum: & ſecularium multitudinē chriſtum inuiolabi liter confitentium in hunc uſq; diē pręceſiſſe. Tyran nos quoq;: & philoſophos: oratores: alioſq; inume ros ōtrat cōtra eccleſiam: & fidem chriſti acerrime pu gnaſſe: Ex prædicatione item crucis chriſti proſtrata deorum ſimulachra: & mundi ſublatos errores. Regē deniq; romanorum piſcatori colla ſubieciſſe: & inume ras hereticorum turbas cum libris: & iniquis ſuis dog matibus ad nihilum redactas eſſe: luce clarius eſt. Hæc ergo: & his ſimilia: quæ i tractatu nobis occur rent: probare non oportet. Sed ea tanq̃ omnino uera ſupponimus: ueluti etiam quæ oculis cernimus: na turalia: uel prima ſcientiarum principia: quæ ab om

nibus

nib⁹ affirmant: nō ꝓbamus: qa lumine intellectus ea ſtatim apprehēdim⁹: cōſtātiſſimeq̨ tenemus. Neminē enī ſane mētis putamus talia negaturū: quæ publico cōſpectui manifeſte ſe offerūt. Perſpicuū nāq̨ eſt: nō ſolū a populo rite chriſtiano: q nō paruā orbis poſſidet partē: uerū ēt a pleriſq̨ latiſſimarū regionū populis licet uariis īplicent erroribus: in india: & in aliis mūdi partib⁹: pœne oia hæc indubitata fide ſūmaq̨ ueneratiōe colli: & quottidie renouari. Q uinimo: mahumetāi: gēs inumerabilis: apud quos certa extāt ſi dei noſtræ argumēta: procul dudio chriſtum apud ſe regnaſſe: mirabiliaq̨ multa feciſſe teſtantur: neq̨ eū modo haud impune blaſphemant: ſed etiam uenerātur. Si ergo dementis eſt ea negare: q̄ cunctis ꝓſpicua ſunt: & manib⁹ quodāmodo attrectant: ꝓfecto quę diximꝰ: negare nemo poterit: niſi oēm ꝓrius effugiat ueritatē: eiq̨ īpudēter: ac īſipiēter obſiſtat. ¶ Solutio obiectoꝝ cōtra dictas poſitiones Cap. iiii.

SEd obiiciat forte q̄ſpiā: mirabile eē: nemiem hiſtoriogrophoꝝ gētiliū hæc ſuis ſcriptis mādaſſe: q̄ ꝓfecto ſi uera eſſent: nō fuiſſēt ab eis ſilētio ꝓtermiſſa. Quis. n. nō admiret: eos diligētiſſime bella regū: & magnoꝝ uiroꝝ geſta d̄ſcripſiſſe: hoc aūt xp̄i opus: quo nullū maius: nullūq̨ mirabili⁹: ac magis in toto terraꝝ orbe ꝑdicatū celebratūq̨ iueniri poteſt: ꝓrſus omiſiſſe. Tā & ſi a multis cōtradicētibus teſtimoiū facti cōfirmatū ſit deū: ea: q̄ ſcriptis ſuis carpūt: oñderint potiuſq̄ confutarint. ¶ Reſpondemus tamen falſum eſſe: q̄ nemo gentiium chriſti: & eccleſiæ opera commendauerit: quin immo ex his plurimi doctiſſimi: & grauiſſimi ui

ri elegāter: copioſeq́ʒ ſcripſerunt: qui auditis: & perſpectis chriſti operibus: eiuſq́ʒ ſanctorum: ad fidem conuerſi ſunt: ac libros innumerabiles de eorum laudibus ędiderunt: ubique terrarum poſtea uulgatos: ſicut in eccleſia legi quottidie cernimus. ❡ Quod ſi rurſus obiiciatur: non hæc dum in gentilitatē permāſerunt: ſed poſt chriſtianitatis uotū eos tractaſſe: atq́ʒ icirco haberi de ueritate ſuſpectos. ❡ Reſpōdemus hinc magis fidei noſtrę ueritatem declarari: cum non ſolum perpetuis chartis laudes: & opera chriſti: & eccleſię extulerint: ſed re ipſa imitari non dubitauerint dum relictis erroribus: & idolis ſuis: plurimi eorum pro hac ipſa fide: proprium inde ſanguinē effuderūt. Non enim chriſti: & eccleſiæ præconia chriſtiani ſolū ab infantia fide hac inſtituti celebrarūt: ac talia paſſi ſunt: uerum etiam innumeri diuerſarum nationum: & linguarum eruditiſſimi: ac præſtantiſſimi uiri: nō niſi poſt maturos annos: fide ſuſcepta: eadem peregerunt. Quid autē mirū: ſi increduli: cōtumaces: atq́ʒ ſupbi: q etiā inſpectis miraculis donū fidei ex ꝓprio demerito nō receperūt: in arcū prauum cōuerſi ſunt: nihil oino de tā magnifico ope ſcribere curātes: ſed eius doctrinā deprauare conātes: ſummo ſtudio elaborauerūt: ut chriſti memoriā: & eccleſiæ fundit⁹ delerēt. Mai⁹ āt robur ipſius fidei ueritati: & xp̄i doctrinæ ꝑſtiterūt: qui ex infidelitate ad ſacrum baptiſma conuerſi: eam non ſolum efficaci prędicatione: ſcriptiſq́ʒ ac bonis operibus commendarunt: ſed etiam immania tormenta pro ea defendenda: atq́ʒ ſeruanda conſtantiſſime pertulerunt: q̄ ſi in errore infidelitatis perſeuerantes magnifica ſuper his uolumina ędidiſſent.

❡ Præterea

¶ Preterea: huius rei duplex cauſa reddi poteſt: uide licet dei prouidẽtia: & hoīum cecitas. Credimus. n. deum oīa tam ſpūalia q̄ corporalia mouere: oīumq̧ habere prouidentiā: (ut paulopoſt oñdemus.) Nemi nemq̧ iccirco ad ſcribendū moueri poſſe: niſi a deo prius moueat̃: cum nihil agere poſſit cauſa ſecūda: ni ſi a ſupiore ſit prius mota. Queſtionẽ ergo ad primā cauſam reſoluẽtes: querentibus: quare deus gentiles hiſtoriographos ad chriſti: & diſcipulorū eius opa de ſcribẽda minime cõmouerit. Reſpõdemus: ꝙ cū de⁹ omnia recto ordine agat: utitur mediis cõueniẽtib⁹ ad operū ſuorū productionẽ. Cū ergo opera chriſti & eccleſie ſint mundiſſima: & diuina (ut inferius pro babimus) gentiles uero eſſent imundi: & peccatoꝝ ſordibus pleni: non erat cõueniens: ut talibus mediis deus ad opa ſua exarãda uteretur. ¶ Ad hec: cum chriſtus ſit ueritas: & ad hoc uenit in mundū: ut teſti moniū phibeat ueritati: nõ decebat: ut uiri nugaces: & pleni mendaciis: cuiuſmodi extiterūt poete: orato reſq; gentiliū: immaculatā hãc ueritatẽ cõtrectarẽt: q ſuos ꝓncipes carminibus: & orationibus menda/ ciſſime ſepe exornãt: & hoĩes ſceleſtiſſimos nonnunq̄ ad ſydera extollũt: ideo libros ſuos mẽdaciis mipleꝛ ſent: & limpidum ueritatis fõtem ceno confudiſſent.

¶ Oratores quoq̧ gentiliū utebant̃ eloquentia rõ ne naturali iuenta: magiſq̧ linguā ſuā magnificare: q̄ ueritati inſiſtere cupiebãt. Cū ergo xp̄i opa ſint ſu/ pra rõnem humanā: ut deinceps ꝓbabimus: non cõ/ gruebat tales uiros: qui ſolo lumine naturali ducebã tnr: eis ſe imiſcere: q̄ lumẽ naturale tranſgrediuntur.

¶ Cauſa quoq̧ fuit eorū cecitas: peccata ſiqdẽ exce cãt hoẽs. Cumq̧ ii eſſent peccatis obruti: & preſer/

tim ueto ſupbię tumidi : atq; ianiſ glorię cupidi:ob
ſcuratum eſt iſipiens cor eoꝝ:& magnalia dei cogno
ſcere nequerūt. Ita ut nec illuminatiões cecoꝝ: nec ſu
ſcitationē mortuoꝝ:nec alia chriſti miracula:& diſci
puloꝝ eius aduerterēt:aut alicuius exiſtimatiōis pu
tarent ideoq; de hmōi rebꝰ nihil ſcripſerūt:ſed tāq̄ cō
temptibilia : aut ſupſtitioſa neglexerūt. ¶ Prętèrea
cū chriſtiani idoloꝝ euerſionē principibus:& populis
ſuadere cōarent:illorū cultū deteſtantes: a poetis &
oratoribus: q ab icunabulis in prophanoꝝ deorum
laudibꝰ:& fabulis enutriti erāt:& in iis igeniū attri
uerāt:ſūmo odio habebant. Tū qa illi ſtudiū:& opā
ſe pdidiſſe ↄſpiciebāt. Tū ut tyrānis:q ſępe xp̄ianis
ualde iſēſi erāt:magis placerēt:iō de admirandis xp̄i
opibus aut nihil ꝑſus: aut in ↄtemptū potiꝰ: cōtu-
meliāq; ſcripſere. ¶ Poſtremo:cū uideamꝰ oratores
ac poetas oēs:& huius ſeculi ſapiētes ardētiſſimo ſtu
dio apud pncipes : atq; magnates laudē:grām: beni
uolētiāq; captare:pp qđ eos extollētes:eorumq; ad-
uerſarios deprimētes:multa mēdatia confingūt: his
artibꝰ nil fauoris:aut pręmii apud xp̄ianos: q uerita
tis ſunt amatores:& pauptatis cultores:ſpare pote-
rant:itaq; nemo mirari debet : ſi xp̄i opa tacuerunt.
Veꝝ poſtq̄ terrenū impiū cepit eccl'ia poſſidere :nō de
fuere uarii ſcriptores:q pncipū : ac p̄ſulū laudes : uel
maxīe falſas carminibꝰ:& hyſtoriis celebrarunt:tali
bus autē ueritas non eget. Satius ergo
fuit: ut intactam illam indigni aucto-
res : ac uani teſtes oino reliqrint.

¶ De ordine procedendi. Cap. V.

CVm itaq; inuiſibilia dei p uiſibilia co
gnoſcant:ſciendū eſt quędā inuiſibilia

dei

dei eē: quę p eius uiſibilia opa: naturali uirtute luminis ītellectus agētis cognoſci poſſunt: ad q̄ ēt philoſophi puenerūt: ut deū eſſe: & ipſū eē unū: & actū pur̝ & ſimilia. Quędam aūt inuiſibilia dei nulla rōne humana inueſtigari poſſūt. Nemini enim dubiū eſſe debet infinita eſſe intelligibiliū diuinoꝝ ſecreta: quę humanę rōnis capacitatē penitus excedūt. Cum uideam⁹ in ſpecie humana in qua hoiēs: quo ad naturā ſūt ęquales: a magnis philoſophis ſubtilia quędā ītelligi ad quę nullo modo pueroꝝ: uel rudiū hominū intellectus aſcēdit. Cū ergo deus hoies excedat infinite: in eo pariter īfinita neceſſario ſunt: quę nullus creat⁹ intellectus penetrare: aut ſcrutari queat: preſertim cū in reb⁹ ſenſibilibus cognoſcēdis: quas aſſidue tractamus: defectū ſciētię noſtrę experiamur: ꝓprietates eorū plurimas ignorātes. Quāto ergo magis in deo id exiſtimādū eſt: cum reꝝ ſenſibiliū effectus: p quos in eius cognitionē deuenimus: nō mō primā cauſam nō adęquēt: uerū ēt ab ea remotiſſime diſtent. quapropter ex iis de deo ꝑq̄ pauca ītelligere ualemus. Quę igit̄ ſola fide tenemus: ſupra humani īgenii uires eſſe dicimus: ut deū eſſe trinum: & ipſum eſſe hominē: & cetera huiuſmodi: q̄ p rationes: ſeu p effectus naturales inuenire non poſſumus: ex effectibus tamen ſupernaturalib⁹ poſſum⁹ aliquo mō de eis fieri certiores. Nā ſicut effectus naturales nos in cognitionē dei perducūt: & has ꝓpoſitiōes eſſe ueras indicant: uidelicet ꝙ deus eſt: ideq; unus & īfinitus: neq; tñ p ipſos cognoſcimus deū ſicuti eſt: nec eius ſubſtantiā uidem⁹ ita etiā p ſupernaturales effectus poſſumus fieri certiores de ueritate harū ꝓpōnum: ſcilicet ꝙ deus eſt trinus: & ꝙ dei filius: deus eſt & homo. Attamē p ipſos

cōprehendere nō ualemus: deū trinū: & deū hoīem ꝑ
ut eſt. Quia ergo gratia pręſupponit naturam: primo
agemus de iis dei inuiſibilibus: quę per effectus na⸗
turales iueſtigari poſſunt: deinde de iis: quę ꝑ ſuper
naturales effectus aliquo mō percipiuntur. Verū qa
plures & philoſophi: & catholici doctores de primis
inuiſibilibus ſufficiētiſſime tractarūt: pauca ſup his
afferemus: cū ab illis adeo ſint efficaciter probata: ut
nullus pateat dubitationi locus

¶ Deum eſſe. Cap. VI.

PRimum itaq; neceſſariū eſt ꝓbare deū
eſſe. Sed qa multitudinis uſus in nomi
nandis rebus tenēdus eſt: & de ſubiecto
oportet prius ſcire quid noīs: neceſſe eſt
primū intelligere: qd per nomē dei acci
piant hoīes. Certū eſt autem: ꝙ oēs dei nūcupationē
intelligūt quoddā ſummū: quod qdā primū motorē:
alii primā cauſā: & primū pricipiū reꝝ: alii uero ſum
mū bonū: uel primā ueritatē nūcupauere. Siue ergo
per deū intelligamus primū motorē: ſiue primā cau⸗
ſam: uel primū principiū: uel ſummū bonū: uel primā
ueritatē: uel aliqd huiuſmodi: manifeſtū eſt per philo
ſophoꝝ demōſtrationes: nos oportere ꝯfiteri deū eſ⸗
ſe: quas pro ordine libri breuiſſime perſtringemus.

¶ Senſu. n. ꝑcipimus: aliqua in hoc mundo moueri
omne aūt: quod mouet̄: neceſſe eſt ab alio moueri: cū
nihil poſſit eſſe ſimul in actu: & in potentia ſecūdum
idē. Sed in mouētibus & motis nō eſt ꝓcedere in infi
nitū: quia nō eſſet aliquod primū mouēs: & per con
ſequēs nec aliqd aliud: qa mouentia ſecūda nō mo⸗
uent niſi per hoc: ꝙ ſunt a primo mota. Neceſſe eſt igi
tur deuenire ad unū primū motorē: quē deū uocāt.

¶ Simile argumẽtũ adducũt rõne cauſe efficientis. Inuenimus enim in his ſenſibilibus eſſe cauſaꝝ efficientiũ ordinẽ: nec tñ in eis inuenit: nec eſt poſſibile: aliquid eſſe cauſam efficientẽ ſui ipſius: qa ſic eſſet prius ſeipſo: quod eſt impoſſibile. Cũ ergo nec in huiuſmodi cauſis ſit ꝓcedere in ifinitũ: ex eo ꝙ ſecundę cauſę nõ agunt niſi in uirtute primę: neceſſe eſt dare aliquã primã cauſam efficientẽ: quã oẽs cõmuni ꝯſenſu deũ noiant. ¶ Preterea: cũ in rebus aliqd iueniat magis: aut minus bonũ: ueꝝ & ens: non poteſt hoc eſſe in diuerſis: niſi pro ut magis uel minus appropinquãt alicui ſummo bono: uel ſummo uero: uel ſummo enti. Oportet ergo eſſe aliqd in rebus optimũ: ueriſſimũ: & nobiliſſimũ ens: quod deũ ſimili modo appellãt.

¶ Videm⁹ inſup ea: quę cognitiõe carẽt: operari propter finẽ: quia ſemp: aut frequẽtius eodẽ modo operantur: ac fines ſuos per debita media ꝯſequunt. Vñ patet ꝙ non a caſu: ſed ab intentione alicuius intellectus ea dirigẽtis ſic ꝓcedũt: quẽ intellectũ deũ uocãt

¶ Quibus etiam hoc ſignũ addere poſſumus: ꝙ nulla inclinatio naturalis fruſtra eſſe poteſt: ut liquet per oĩa naturalia tam aĩata q̃ iaĩata diſcurrenti. Naturaliter aũt oẽs hoĩes inclinant ad credendũ aliquẽ eſſe huius uniuerſi gubernatorẽ: quẽ deũ uocãt. Cuius ſignũ eſt: ꝙ nemo unq̃ niſi mẽte captus ꝯſiſtere in hoc potuit: ut firmiter ſentiret deũ nõ eſſe. Nulla deniq; gens tam fera: tam barbara eſt: quę nõ deum aliquo modo fateat: quod per oĩum ętatum curricula in hęc uſq; tpa ubiq; terraꝝ obſeruatũ eſt: quod aũt omnibus: & omni tpe ꝯuenit: naturale eſſe uidet. Ceteꝝ quia in repentinis cuiuſq; habitus: & inclinatio naturalis maxime dignoſcit ex hoc: naturaliter nobis

inſertã dei cognitionẽ comphendere poſſumus. Videmus .n. in repentinis piculis oẽs hoies: ubi ſe humano auxilio deſtitutos ↄſpiciũt: naturali quodã iſtinctu: non rõne eos mouẽte: ad ſupiora ↄuerti: quia naturaliter ad ſuã cauſam ↄuertitur effectus. Quãobrẽ manifeſte patet: naturaliter nobis inſertum eſſe: ꝙ ſit aliquod primũ rerꝫ pricipiũ: & gubernator uniuerſi: quem deum appellant.

¶ Deum non eſſe corpus: nec corporis formam: nec aliquid compoſitum. Capitulum ſeptimum.

DEum uero non eſſe corpus: neq; corporis formã: nec aliqd cõpoſitũ: ſed actum purꝫ: nemo philoſophorꝫ ambigit. Corpus enim: (ut ipſi philoſophi probant) non mouet niſi ab alio motum: ſi ergo deus eſſet corpus: non eſſet primũ mouens imobile. ¶ Prçterea: nõ eſſet etiã in entibus nobiliſſimũ: manifeſtũ eſt enim: ſpiritũ eſſe corpore nobiliorẽ. ¶ Item: cũ actus ſimpliciter ex natura ſit prior potẽtia: quia nihil poteſt reduci in actum: niſi per ens actu: ſi deus eſſet corpus: eſſet ens in potentia: & ſic non eſſet primum ens. ¶ Non eſt etiã alicuius corporis forma: id enim: quod per ſe habet eſſe: nobilius eſt eo: qđ eſſe habet i alio: omnis aũt forma corporis exiſtit in alio. cum igiť deus ſit ens nobiliſſimũ: ceu prima eſſendi cauſa: nõ poteſt eſſe alicuius corporis forma. ¶ Prӕterea: ipſa corporis forma nõ eſt ipſa res: que ex ea & materia cõponiť: ſed eſt eſſendi principiũ totum ergo cõpoſitũ aliqd: quod nec eſt forma tantũ: nec materia ſola: & eſt perfectius ꝙ̃ materia & forma: cũ totũ ſit pfectius ſuis ptibꝰ. Si ergo deus eſſet corporis forma: non eſſet ens pfectiſſimũ: quia aliqd eſſet eo pfe

ctius. Preterea: quod uenit in alicuius ɔpoſitionē: non eſt primo: & per ſe agens: non enim manus agit: ſed homo per manum: ſi ergo deus eſſet corporis forma: nō eſſet primū: & per ſe agens: & per ɔſequens nō eſſet prima cauſa. Sicut autē deus non uenit in alicuius rei cōpoſitionē: ita nec ipſe ɔpoſitus eſt: ſed actus purus. Nō enim eſſe dei: & ſua eſſentia differunt: alioquin eſſet ens ꝑ ꝑticipationē: & nō per eſſentiā: & ſic aliqd eo prius eſſet: qa omne: quod eſt per ꝑticipationē: dependet ab eo: quod eſt per eſſentiā. Cū igiť deus ſit primū ens: a quo depēdet omne ens: oportet ꝙ quicqd eſt in deo: ſit eſſentialiter in eo: ideſt ꝙ nō differat a ſua eſſentia: & ſic ſequiť deū eſſe actū purum. Itē: cū omne ɔpoſitū ſit poſterius ſuis ɔponētibus & ab eis pendeat: & ex neceſſitate cauſam habeat. quia ea quæ ſunt ſecundū ſe diuerſa: nō ɔueniunt in unū: niſi ꝑ aliq̄ cauſam ipſa unientē: ſequereť deū nō eſſe primū ens: a quo oīa alia entia deriuanť: nec primam cauſam efficientem: quod iam improbatū eſt.

Deum eſſe perfectum: & ſummum bonum: infinitæ potētię: ubiq; imutabilē: & ęternū. Cap. VIII.

Si ergo ɔfiteamur: ſicut oportęt deū eſſe actum puꝝ: ipſum quo eſſe pfectum: & ſūmū bonū: & infinitæ potētię: & ubiq; imutabilē: & ęternū ɔfiteri ualidiſſimis rationibus cōpellemur. Deum nāq; eſſe pfectū: & ſummū bonū: ſi ipſe eſt actus purus: manifeſtiſſima rōne ꝑbať. Eſſe enim per ſe ſubſiſtens continet totā pfectionē eſſendi: queadmodū ſi quis per ſe calor eſſet: totā cōtineret eſſentialiter caloris pfectionem. Cū ergo deus ſit actus purus: & eſſe per ſe ſubſiſtēs: nihil de pfectiōe eſſendi ei deeſſe poteſt: omniū

autē pfectiones ptinēt ad eſſendi pfectionem: quia res dicunt pfectę per hoc: ꝙ aliquo modo habēt eſſe: unde ſequit nihil bonitatis: & pfectiōis deo deeſſe. ¶ Sicut autē ex hoc: ꝙ deus eſt actus purus: ſequit ipſum eſſe ſummū bonū: ita ex eodē ſequit: ipſum eſſe infinitū: & īfinitæ potentiæ: infinitū enim dicitur aliquid ex eo: quod nō eſt finitū. Vnaqueqꝫ aūt forma in ſe ꝯſiderata ad multa cōis eſt: & per hoc dicit īfinita: cum uero recipit in materia: fit forma huius rei determinata: & ſic dicit finiri. Cū igitur deus ſit actus purus: & eſſe ſuū non ſit in aliquo receptū: ſed ſit per ſe ſubſiſtēs: manifeſtū eſt: ꝙ deus nō eſt finitus: ſed maxime formalis: & īfinitus. ¶ Id autē: quod eſt maxime oīum formale: eſt ipſum eſſe: et cum unum quodqꝫ ea ratione: qua eſt in actu: & pfectū: ſit principiū alicuiꝰ actiuū (patitur aūt unūquodqꝫ: prout eſt deficiēs: & impfectū.) Cum deus ſit pfectiſſimus & actus purus: manifeſtū eſt: ꝙ ei maxime ꝯpetit principiū actiuū: & habere potentiā infinitā: ipſe enim ſe toto agit: & nihil habet potentię paſſiue. ¶ Ex hoc etiā ſequit: deū ubiqꝫ eſſe indiuiſibiliter: oportet. n. omne agens ei cōiungi: in qđ imediate agit: quia mouens & motū ſimul eſſe oportet. Cum ergo deus ſit prima: & uniuerſalis oīum cauſa: & ſit actus purus: & ſuū ipſius eſſe: oportet ꝙ omne aliud eſſe ꝓductū ſit ꝓprius eius effectus: ſicut igniri eſt ꝓprius ignis effectus. Et cū deus ſit oīum cauſa non ſolum in fieri: ſed etiā in eſſe: ipſum deum adeſſe rebus oportet non ſolum prima inchoatiōe: ſed q̄diu in eſſe ꝯſeruantur. Et cū eſſe ſit unicuiqꝫ rei maxime intimum: (eſt enim formale reſpectu omniū: quæ ſunt in re:) affirmare oportet: deum omnibus in rebus ualde intimū eſſe.

¶ Cum

¶ Cũ inſup deus ſit oĩum indiuiſibilis: utpote qa eſt actꝰ purꝰ: neceſſe eſt fateri: ipſũ eſſe ĩ qualibet re: & in q̄libet cuiuſlibet rei ꝑte totũ: & ĩdiuiſũ. Ex his quoq; quæ dicta ſũt: ↄcluditur: ipſum eſſe omnino imutabilẽ: & ęternũ: qa actus purus nullã poteſt recipere mutationẽ: oportet enim id: quod mutatˀ: eſſe aliquo modo in potentia: qa motus eſt actus entis in potentia inq̃tum huiuſmodi: ut philoſophi probant: hinc itaq; arguitur: ipſum eſſe ęternũ: qa niſi eſſet ęternus eſſet mutabilis: & ꝑ ↄſequens in eo eſſet potẽtia paſſiua: & ſic non eſſet actus purus: qđ ſuperius redargutũ eſt. ¶ Preterea: ſi deus nõ eſſet ęternus: uel principiũ: uel finẽ: uel utrunq; ſimul haberet: ſed hoc eſt impoſſibile: qa ſi haberet principiũ: iam nõ eſſet ipſe deus: ſed eius principiũ: qa nõ eſſet actus purus: ſed haberet eſſe ab alio receptũ. Si fine clauderet: conſequẽter eſſet mortalis: uidelicet in nihilũ reſolubilis: atq; ita non haberet potentiã infinitam: ſed aliqua ꝓeſſet illi potentia: quę in nihilũ uertere illũ poſſet.

¶ Deum eſſe unum Cap. IX.

DEum quoq; eſſe unum ex eiſdẽ principiis conſtat: illud enim: unde ſingulare eſt hoc aliqd: nullo modo eſt multis communicabile: cũ ergo deus ſit ipſum ſuũ eſſe: ſuaq; natura: & actus purus: aliunde q̃ a natura ſua habere non poteſt: ut ſit deus: & ut ſit hic deus: ergo illud: unde deus eſt hoc aliquid: eſt ipſa ſua natura: quare eius natura non eſt pluribus cõmunicabilis: impoſſibile eſt igitur plures eſſe deos. ¶ Preterea: cum deus totã in ſe cõtineat eſſendi ꝑfectionẽ (ut dictum eſt:) ſi eſſent plures dii: oporteret eos inter ſe differre: aliqd igitur cõueniret uni: quod

non alteri: & ſi hoc eſſet priuatio: nō eſſet ſimpliciter
pfectus. Si uero pfectio alteri eorū deeſſet: impoſſibi
le eſt ergo plura eſſe: que ꝯprehendāt totā in ſe eſſen-
di pfectionē: plures ergo dei eſſe nō poſſunt. ¶ Quin
& entia cuncta uidemus eſſe inuicē bene ordinata:
dū alia aliis deſeruiūt. Quæ autē diuiſa ſunt: in unū
ordinē nō ꝯueirēt: niſi ab uno aliquo ordinarent: me
li⁹.n. in unū ordinē multa p unū: q̄ p plures redigūt.
oportet igit primum: oia in unū ordinem redigens:
unū tantū eē: quod eſt deus. ¶ Cuius etiā argumē-
tū eſt: qa in naturalibus: ubi manifeſte apparet aliqd
regimē: ut in apibus: per unū multitudinē ordinari
uidemus. Et cū ars imitet naturā: cōſpicuū eſt: omne
hominū regimen cuiuſcunq; conditiōis aliquo mō re
duci ad unū. Nullumq; regimen poſſe durare: niſi ad
unius regētis arbitrium: quo uis modo: reducat.

¶ In deo eſſe intellectū: pfectamq; rerū cognitionē: eūq; ñ neceſſitate naturę ageř: ſʒ uolūtate. Cap. X.

EX predictis etiam pſpicuum eſt: in deo
eē intellectū: & cognitionē rerꝝ pfectā
& nihil ipſum ex neceſſitate ageř: ſed p
intellectū & uolūtatē. In rebus eni na
turalib⁹ uidem⁹: ꝙ rerū naturaliū co
gnoſcētiū maiorē habet amplitudinē:
& extentionē natura non cognoſcentiū. Non cogno-
ſcētia enim nō habēt niſi formā ſuā: ſed cognoſcētia
apta ſūt habere etiā formā rei alienę: nam ſpecies co-
gniti eſt in cognoſcente. Cum ergo coarctatio formę
ſit per materiā: patet ꝙ imaterialitas alicuius rei ē rō:
ꝙ ſit cognitiua: & ideo ſcd'm imaterialitatis modū
eſt modus cognitiōis. Vnde plātę ꝑpter ſuā materia
litatē nihil cognoſcūt: ſenſus uero cognitiuus eſt: qa

receptiuus eſt ſpecierũ ſine materia: multoq̃ʒ magis ĩ tellectus: quia magis recedit a materia. Cũ ergo de⁹ ſit in ſummo ĩmaterialitatis gradu: quia eſt actus purus: ſequit̃: ꝙ ipſe ſit in ſummo cognitiõis: unũ opʒ dicere: ꝙ deus oĩa pfecte cognoſcit. ⁋ Quia uero (ut ſepe dictũ eſt) deus eſt actus pur⁹: & ſumme ſimplex: nõ poteſt dici: ꝙ cognoſcat recipiẽdo ſpecies rerum: queadmodũ ſenſus & intellectus noſter ſed ꝙ ipſe ſit ſuus intellectus: & ſua ſapiẽtia: & qcquid cognoſcit per ſe ipſũ cognoſcit. Cum ergo ſcd'm ĩmaterialitatis modũ ſit cognitiõis modus: & ipſe ſit in ſummo ĩmaterialitatis: ſequit̃ ꝙ ipſe ſeipſũ pfecte cognoſcat: totamq̃ʒ ſuã uirtutẽ cõprehẽdat: imo ꝙ ſit ipſa cognitio: & ſapiẽtia. ⁋ Cũ aũt alicuius rei uirtus pfecte cognoſci nõ poſſit: niſi oĩa cognoſcant̃: ad quę ſe uirtus extẽdit: uirtus uero diuina ſe extẽdat ad oĩa: qa eſt prima cã omniũ effectiua: & ĩfinitę potẽtię: patet: ꝙ deus cognoſcẽdo ſeipſum: oĩa alia cognoſcit. In ſe ipſo enim oĩa alia a ſe uidet: inq̃tũ eius eſſentia oĩum aliorũ ab ipſo ſimilitudinem ɔtinet. Quod ex hoc pʒ quia propria uniuſcuiuſq̃ʒ naturæ conſiſtit: ꝓut aliquo modo diuinę pfectiõis eſt particeps. Cũ ergo deus ſeipſum pfecte cognoſcat: opʒ eum quoq̃ʒ modos oẽs cognoſcere: qbus ab aliis ſua pfectio ẽ participabilis: atq̃ʒ ita ſingulos cognoſcit rerũ omnium eſſendi modos. ⁋ Ideo ſtulta eſt poſitio quorũdam dicẽtiũ: a deo ſupiora ſolũ: non ĩferiora: niſi uniuerſaliter confuſeq̃ʒ cognoſci. Ridiculũ qppe eſt aſſerere: ꝙ homo aliqua cognoſcat: quæ non cognoſcit deus: neq̃ʒ minus ſtultũ eſt dicere: hoĩem aliqua pfectius q̃ deũ cognoſcere. Si ergo hec ĩferiora diſtincte: & particularit̃ hõ nouit: quõ poterit qs affirmare a deo hec uni

uerſaliter tm̄ : & confuſe intelligi? ⁋ Certe uidemus in rebus naturalib⁹: ꝙ quāto aliqua uirtus eſt eminētior: & ꝑfectior: tāto etiā ad plura ſe extēdit: & penetrabilior eſt. Cum itaq; diuinus itellectus ſit ſumme ꝑfect⁹: & eminētiſſimus: negari n̄ pōt: quin oīa penetrās ꝓfundiſſime cognoſcat. ⁋ Cumq; ſit imutabilis & ęternus: cogimur cōfiteri: n̄ ſolū ei fuiſſe oīa pn̄tia poſtq̄ facta ſunt: ſed ēt anteq̄ fierēt: non enim ipſe accipit ſciētiā a rebus: ſed ipius ſciētia ē cā reꝝ. ⁋ Iō dicimus: ꝙ deus nō neceſſitate naturę: ſed ꝑ intellectum & uolūtatē oīa agit. Cum enī intellectus & natura agant pp finē: natura uero finē: & media non cognoſcat: neceſſe eſt: ut agenti ꝑ naturā pręſtituat̄ finis: ad quē a ſuꝑiori aliquo itellectu media neceſſaria ordinent̄. Quare oportet agēs per intellectū & uolūtatē prius eſſe agente per naturā: & cum primum in ordine agentiū ſit deus: neceſſario ſequit̄: ꝙ ipſe per itellectū: & uolūtatē agat. ⁋ Preterea: omne agēs ꝑ naturā uno & eodē mō ſemꝑ oꝑat̄: niſi impediat̄: qa agit ſecundū qđ eſt tale: & q̄diu tale eſt: nō niſi tale facit. ſi ergo deus ageret per naturā: cum in ſe omnē contineat eſſendi ꝑfectionem: oporteret ab eo ꝓduci aliqd īdeterminatū: & infinitū in eſſendo: quod fieri nō poteſt. ⁋ Preterea: ſcđm hoc effectus a cā agēte ꝓcedūt ſcđm quod ī ea pręexiſtūt: quia omne agens agit ſibi ſimile: cum ergo deus ſit totus intellectus: eius effectus in ipſo pręexiſtūt ſcđm modū intelligibilē: & ſic ꝑ modū itelligibilē ab eo ꝓcedunt: qđ eſt ꝓcedere ab intellectu determinato per uoluntatem.

⁋ Deū habere reꝝ oīum ꝓuidētiā. Ca. XI.

Si igit̄ hæc ita ſe hn̄t: nemo poterit iam dubitare: deū nō ſolū habere rerū oīum naturaliū

prouidētiā

prouidentiā:ſed etiā rerum quarumcūq; humanarum uel minimarum. Prouidentia.n.eſt ratio ordinis rerum ad finē:deus aūt eſt prima oīum cā in effectū plus influens q̄ ſecūda. Quia ergo deus in oib⁊ rebus opat̄ non neceſſitate naturę:ſed itellectu & uolūtate:cū ſit ſūma ſapia:cui competit cuncta bñ ordinare: recteq; diſponere:prętcr deū nihil agere:quin ſit optime ordinatū:oportet ergo ī deo eſſe rōnem ordinis oīum rerū ad finē: oīumq; gerere ꝓuidētiā. ⁋ Vidētes itaq; philoſophi in cūctis naturalib⁊ rebus mirū ordinem intellexerūt:ſtultum eſſe dicere:deū earum ꝓuidētiā nō habere. Verum difficultas fuit rōnalis creaturę in rebus humanis:in quibus oīa uident̄ eſſe cōfuſa. Sed ſi recte cōſideret̄: ꝑfecto cōperiemus non eſſe minus ſtultū dicere:deum non habere ꝓuidentiā hoīum q̄ naturaliū rerum:quarum ipſe homo eſt finis. Quanto enim aliq̄ ſūt in uniuerſo nobiliora:tanto plus ꝑticipāt ordinis: in quo bonū uniuerſi cōſiſtit. Si igit̄ res naturales:& quo ad ſubſtātiā: & quo ad opationē cadunt ſub ordinē diuinę ꝓuidētię:multo magis hō cuꝫ opatiōibus ſuis. ⁋ Inſup:quę ſūt ꝓpinquiora fini: magis ſub ordine cōtinent̄:q eſt ad finēq̄:remotiora:qa illis mediis alia ordinant̄ ad finē. Hoīes aūt: corūq; opationes ꝓpinquius ordināt̄ ad deū ſicut ad finem q̄ actiōes aliarum rerum naturaliū iō magis ſubeūt ordinē diuinę ꝓuidētię q̄ res naturales. ⁋ Præterea:gubernatio diuinę ꝓuidētię ex amore diuino ꝓuenit: quo deus tanq̄ prima cā res a ſe factas: & a ſe depēdentes amat:quanto ergo deus aliqua maiori amore ꝓſeq̄t̄: magis ſub eius ꝓuidētiā cadunt. Certū eſt aūt:ꝙ magis hoīes amat q̄ res naturales:ut ſcitur ab effectu:qa potiora eis bona contulit. ⁋ Itē:ex cognitōe effectuū

tēdimus in cognitionē cāru͂:cu͂ ergo oīa pēdeāt a deo tanq̄ a ꝑma cā:ſecūdę quoq; cāęſunt effectus primę. Videmus aūt naturaliſſimū eſſe oībus ſecūdis cauſis ſuoꝝ effectuū habere ꝓuidētiā:qa tota uirtute conan tur eos ꝑ debita media ad finē ꝑducere:quod qdē nō niſi ex magna eoꝝ ꝓuenit bonitate. Signū ergo eſt:ꝙ ꝑma cā multo ampli⁹ q̄ ſcđa ſuoꝝ habeat effectuū ꝓuidētiā: a qua cū homo ſit ei⁹ effect⁹:oēs eius opationes depēdēt:ergo deus tā hominū q̄ humanaꝝ rerum habet ꝓuidētiā. ¶ Pręterea: ſi deus reꝝ humanaꝝ ꝓuidētiā nō haberet: cū oīa agat ꝑ itellectū:& uolūtatem:aut hoc eius īpotētię i ꝓuidēdo tribueret:quod eſt falſū:cū ipſius potētia ſit infinita:& oīa operet in oībus:aut eius circa res humanas ignorātię: qđ ſupius eſt improbatū:aut ipſius uolūtati:qđ eſt ɔtra eius bonitatē:nemo eni bonus deſpicit opus ſuū:nec aliq̄ cā ſuū effectum. Neq; uero recta: aut ſapiēs eſt illa actio:q̄ ignobiliora ꝓcurat:& nobiliora ꝓrſus omittit. ¶ Itē:cū deus ſit cā equoca:excellētiſſimo modo cuncta bonitate exuperat: at uero in humanis aduertimus:ꝙ excellentis bonitatis:& ſapientis uiri:preſertim ſi facultas detur:rebus humanis prouidentiā adhibent:multo itaq; magis deus.

¶ De fine hominis: ad quem diuina dirigitur prouidentia. Capitulum.XII.

Quia uero ad prouidentiā pertinet: res ad fines ſuos per debita media mouere: & ordinare:cū nō oīum ſit unus proximus finis:neceſſe eſt diuerſimode ad ſuos fines per tam diuerſa moueri. Quę igiturrōne carent:ad ſuos fines deus naturali mouet iclinatiōe: q̄ ꝓuenit ex forma: ita ut poti⁹ agātur q̄ agant. Hō uero: q eſt liberi arbitrii:aliqd de diuina

uina

uina ꝓuidentia ꝑticipat: & ideo ad finem ſuũ a deo mouetur: ut etiam ſeipſũ moueat ad illum: & in hoc deo cooperetur: operationes ſuas dirigens ad aliquẽ optatum: & ꝯſtitutũ ſibi finẽ. Ad ipſum ergo hoiem attineto i ſtudio ac diligentia inquirere ultimũ finẽ: ad quẽ diuina ꝓuidentia rõnalẽ aiam ordinauit: & mouet nec non debita media: quibus certiſſime ad ipſum: deo diſponẽte: pueniẽ: ut ſe: & ſua oia recte inſtituere: & ordinare poſſit. ¶ Philoſophi itaq; magna diligentia hęcinueſtigare conati ſunt. Et ſicut natura ex imperfecto gradatĩ tendit ad ꝑfectũ: ita & ipſi in elucidanda ueritate ſucceſſiua inueſtigatiõe magis ꝓfecerũt: antiqores. n. de hac materia impfecte diſſeruerũt: poſteriores uero noua prioribus cõferentes: ueritatiq; ꝓpius accedẽtes aliqd melius enũtiarũt. Quapropter excellẽtiſſimi philoſophoꝶ rõnibus efficaciſſimis diffinierũt: humanę uitę finem eſſe diuinoꝶ cõtemplationẽ. Hec. n. ſola & ꝓpria eſt hominis opatio: ad nihil aliud ordinata tanq̃ ad finẽ: ſed pp ſeipſã deſiderata: hominẽq; deo: & ſubſtantiis ſeparatis cõiũgens. Ad quam homo ipſe eſt magis ſufficiens ſibi q̃ ad oẽs alias opationes: quia ad eam rerum exterioꝶ adminiculo minus eget. ¶ Hec inſup eſt rerum finis omniũ ad hoiem ꝑtinentiũ: ad cõtemplationis enim ꝑfectionẽ exigiẽ corporis incolumitas: ad quã oĩs ars humanæ uitæ neceſſaria ordinatur. Et cum ad eã pariter qes a ꝑturbationibus: paſſionũ q; ſedatio p prudẽtiã: & uirtutes morales: & abexteriorib⁹ tranqllitas requiraẽ: ad quã totius uitæ ciuilis regimẽ coordinaẽ: manifeſtũ eſt: ſi hec recte cõſiderenẽ: oĩa tam naturę q̃ artis officia ad ueritatis contemplationẽ tanq̃ ad finẽ ordinari. ¶ Cum

igitur hęc ita ſint: dicimus diuinam prouidentiã mouere hoies ad uirtutes morales: ut p eas ad ſui cõtēplationē pueniant: & bene: beateq; uiuant. Verum quia unũquodq; mouet deus ſecũdũ ĩdictæ formæ exigētiã: cum hoiem liberę uoluntatis fecerit: ipſum quoq; nõ niſi inuiolata libertate mouet. Si ergo ꝓprio arbitrio mouētis dei ĩſpiratiõi non repugnauerit: certiſſime ad finē ſuũ per debita media perducet.

¶ Finē hoīs ultimũ ĩ pñti uita nõ eſſe. Cap. xiii.

SEd fortaſſe ſubtiliter conſiderantibus difficile: imo impoſſibile uidebitur: hoies ĩ pſenti uita huiuſmodi beatitudinē ɔſequi. Non enim tenuiſſima quæq; diuinoꝝ cõtemplatio hoiem beatũ reddit: qa beatitudo eſt ultima hominis perfectio. Vnde pfectiſſimã eius opatione eſſe oportet: quæ in ɔtemplatione dei pfecta pro humanæ ɔditionis captu ɔſiſtit. Ad quam pauci: uel forte nulli hoium poterunt puenire: cũ talis ɔtēplatio ſummũ poſtulet humanæ cognitionis gradũ: quo pauciſſimi pueniunt: uel ex mala corporis diſpoſitione: qa cũ anima noſtra mediis fantaſmatibus: & corporeis inſtrumentis cognitionē acqrat: pleriq; adeo obtuſi: & cõplexiõe naturali male affecti ſunt: ut uix parua capere poſſint. Vel propter rei familiaris neceſſitatem plurimos a ſublimi ɔtemplatione cęleſtiũ: uel retrahētem: uel impedientē: ne ueris ſtudiis inhęreant: quæ totũ hoiem ſibi depoſcũt. Cũ ergo oporteat ad hãc ɔtemplationē hoiem eſſe natura bene diſpoſitũ: & a mundanis curis: & implicationibus penitus abſolutum: inter mortales huiuſmodi paucos: uel raro comperies ¶ Qui etiam ſi reperiant: ad purã hanc diuinorum cõtemplationem: nõ niſi longiſſimo tempore ꝓ

pter

pter eius ꝓfunditatem poterunt ꝑuenire. Cũ. n. ſpiri tualia per ſenſibilia cognoſcamus: multa prę intelli gere oportet: anteꝗ̃ ad ſũmum intelligibile perueniamus. Vnde philoſophi metaphyſicã: quę circa diuina uerſatur: tradũt ultimo loco diſcendã: pręſertim: quia ad eius contemplationẽ (ut dictum eſt) puritas cordis: & omnium paſſionum animę ſenſibilis neceſſaria ſedatio eſt. Anima enim ſedendo: a paſſionib⁹ & a motibus corporis quieſcendo: fit prudens: quo magna aſſuetudine: & ꝑuigili cura ꝑpaucis uix in ſenectute peruenire contigit. Cum itaq; multi adhuc iuuenes ex hac uita decedant: pauci quoq; admodũ uel uere nulli: uirtutibus: & diuinorum contemplationi incumbant: supereſt: ut etiã pauci: & fere nulli hanc felicitatẽ aſſequantur. ¶ Subtilius quoq; inueſtigando pauciores inuenias: qui ad rerum diuinarũ cognitionẽ: cõtemplationemq; ꝑueniant. Multipliciter enim ob infirmitatem intellectus noſtri etiã in rebus naturalibus fallũtur homines. Tũ quia ſenſus: a quo noſtra omnis incipit cognitio: nos plerũq; decipit: unde multi ſolem paruæ q̃titatis eſſe arbitrantur: imaginatio quoq; obnubilat intellectum: ita ut multis difficile fuerit credere: eſſe aliquas ſubſtantias incorporeas. Diſcurſus etiã ipſius itellectus minime rectus nos frequentiſſime fallit: ex quo pſępe aliquam ꝓbabilem: & interdum ſophiſticam rationẽ pro demonſtratione recipimus: qđ excellentiſſimoꝝ uiroꝝ inter ſe diſſidentium opiniones uarię atteſtãt. ¶ Item: paſſiones animæ & prauę conſuetudines: uariæq; hominũ affectiões eos etiã a cognitione ueritatis eaꝝ rerum impediunt: cum q̃bus aſſidue uerſantur: quanto igitur magis ex huiuſmodi impedimen

tis diuinorũ contemplatio impedietur? Inueniemus itaq̃ pauciſſimos homium fieri poſſe beatos: quod ualde abſurdum eſt: cum beatitudo ſit ultimus humanę uitę finis: q ad oẽs pertinet. Quod ſi nulla alia beatitudo: niſi quę in humanis haberi poteſt: mortalibus cõcederetur: ꝑfecto pueri: & iuuenes: & ferme totũ genus humanum quaſi neceſſario illa priuarentur. ¶ Sed diligentius adhuc animaduertẽtes arguemus in hac uita uerã hominis beatitudinem inueniri nõ poſſe. Nam cũ beatitudo ſit ſũmum hominis bonum: non admittit ſecũ aliqd mali. Cumq̃ ſit per ſe ſufficiens bonũ: oportet illa acquiſita nihil amplius homini deeſſe. Sed qs in hac uita iueniri poteſt: q ita ſibi ſufficiat: ut re nulla indigeat: & ab omni infortunio: maloq̃ ſit illeſus: ac tutus? Cum humana natura ſit multipliciter ſerua: multiſq̃ caſibus: ac detrimentis obnoxia. Vnde ſępius apparẽtem plurimorũ felicitatem calamitas ĩtercipit: ut de priamo legitur: & quottidiana experimenta nobis oſtendunt. ¶ Pręterea: uel ſiquis hãc beatitudinẽ aſſequatur: non uidet: qua ratione poſſit uere dici beat⁹: nã beatitudo cũ ſit ultimus finis: eſt qes cordis humani (. Oẽs autẽ hoies naturaliter ſcire deſiderant:) & ideo hoc deſiderium cum ſit natura ĩſitũ: qeſcere nõ poteſt: donec ad optatam perueniat cognitionẽ. Plurima uero ſũt & pene infinita etiã in rebus naturalib⁹ deſiderata: quoꝝ cognitionem nunq̃ humanus aſſequit̃ intellectus. Quod ex hoc maxime argumẽto colligi põt: qa ſcilicet cũ innumeri excellenti ingenio philoſophi ab exordio mũdi ad hæc uſq̃ tpa rimari omnia naturę ſecreta conati ſint: multo tñ plura ſuperſunt ignorata q̃ ſcita ſint ab eis: uel cognita. Idẽ quoq̃ ipſi fatentur

tur maximã horum ptem:quę ſcimus: minimã corũ eſſe:quę ignoramus. Vnde adhuc ſe ultimas rerũ differentias neſcire teſtant:quarũ loco in diffinitionib⁹ noĩa accidentium ponunt. Si ita q̃ adeo intellectus noſter calligat ad naturalia: quãto minus ad ſupnaturalia penetrãda poterit eleuari. Quę igit ipſius dei cognitio naturaliter nobis in hac uita ↄceditur: perexigua eſt: & ualde incerta: iõ naturale hominis deſideriũ in tam hebeti: & modica rerꝫ naturalium: diuinarum ꝙ cognitione qeſcere non poterit: quinimmo q̃to magis in hac cognitiõe ꝓficiet: uehementiori affectu ad eam feretur: qa oĩs motus naturalis in fine uehemẽtior q̃ in principio exiſtit. Et ſic ſp tanto uehementius cor humanum in deũ mouebitur: q̃to in eı⁹ cognitione magis profecerit: nunq̃ ergo qeſcere poterit: cum ad eius pfectã contemplationem in hac uita nequeat peruenire. Quia: (ut iquit philoſophus:) ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lucem ſolis: ita ſe habet ĩtellectus noſter ad manifeſtiſſima naturę. ¶ Cęterum ſi qs in hac cognitione: diuinorũq ↄtemplatione poſt multos: diuturnoſq laborcs hanc animi qetem adipiſcatur: adhuc non conſtat: qũo hic poſſit uere dici beatus: cum ad eam inſtante iam morte pueнerit: quam oĩno uitare non poteſt. Videmus enim cunctis hoibus a natura uel maximũ ineẽ deſideriũ pennitatis: cum uel p ſobolis ꝓpagatiõem: uel p alia opa ĩmortales effici uehemẽter deſiderẽt. Non poteſt autem uir ſapiẽs morte non triſtari: ſi nulla extet alia uita pręter hãc: quam uiuimus. Nõ enim põt uir ſapiens malũ nõ odiſſe: qđ uero malũ põt ei maius aduenire q̃ pcioſiſſimę: ac beatę uitæ tãtopere cõcupitæ priuatio per mortẽ: cuius meditatio frequẽs ſapiẽtem

decet. Nec poteſt de morte ipſa non qn̄q; cogitare: cū non brutorum uita: ſed rōnali utatur. Profecto eum q pro hmōi uita acqrenda tanto ſtudio: cura: & labore tempus oē ɔtriuerit: illāq; poſtmodū celerrime oīno: incertoq; termino: ac uario euētu: ſi ſit amiſſurus beatum dixerit nemo. ¶ Ex p̄dictis itaq; colligitur niſi aliam uitam poſuerimus: nihil hoie infelicius eē: ac miſerabilius. Cętera enim nō difficulter fines ſuos duce natura conſequi uidemus. Homo uero infinitis animi: corporiſq; circumuallat⁊ pturbatiōib⁊: ac moleſtiis: beatitudinē tanto deſiderio poptatā inuenire nō poſſit: aut ſiqs iuenerit: tandē poſt diuturni tpis uigilias: & ſudores maxios nequeat retinere. Hoc āt q̄ ſit abſurdum in nobiliſſima oium creatura uel rudiſſimus quiſq̄ poterit iudicare.

¶ Animam hois eſſe immortalē. Cap̄. XIIII.

SI quis ergo prędicta recte ɔſideret: non poterit dubitare: aliam eſſe uitā: & animam eſſe immortalē. Si eni deus rerum humanarum puidētiā habet: ad quē ptinet res ad ſuos fines p debita media pducere: cū finis hois nō ſit in uita p̄ſenti: oportet aliā ɔcedere uitā: in qua homo beatitudinē aſſequat̄. ¶ Præterea: hois opatio: quę eſt itelligere cū ad imaterialia: & uniuerſalia ſe extendat: indicat aliqd in hoie immateriale: & incorruptibile eſſe: de quo diuerſi diuerſa ſenſere. Sed reuera niſi hoc icorruptibile eē ponam⁊ aiam intellectiuā: eāq; eſſe hois formā: infinitos inde puenientes errores euitare non poſſumus: homo enim ſpeciē ſortit̄ per hoc: q eſt rōnalis: & hn̄s itellectū. Si ergo ſubſtātia intellectualis non ſit hominis forma: nō apparet qualiter hō ſpēm

ſuã ſortiaẽ p hoc: quod eſt itellectualis: uel rõnalis. Vnumquodq; eni a forma ſpeciem ſuſcipit: et ideo in hoie ponere oporteret aliam formã: a qua eſſe accipe=ret. Si ergo hęc non eſſet forma intellectualis: homo a brutis ſpecie non diferret p hoc: ꝙ homo rõnalis eſt bruta uero irrationalia: quod oẽs negãt. ¶ Pręterea: opationes uitæ cõparanẽ ad aiam: ſicut actus ſecun=di ad primũ: actus autẽ primus in eodẽ pręcedit tpe actum ſm: ſicut ſcientia eſt ante actũ ↄſiderandi. In quocũq; igitur aliqua uitæ opatio inuenit: in eo ani=mam ponere oportet: quę ad illã opationẽ ↄparatur: ſicut actus primus ad ſm: anima enim eſt principium uitæ: eiuſq; opationũ. Sed homo propriã habet: atq; excellentem: ſupra q̃ cetera animantia opationẽ: quæ eſt itelligere: & ratiocinari: hæc itaq; ſua ipſius eſt ho minis: qua homo eſt: opatio. Oportet igiẽ in homine ponere huius opationis principiũ informans hoiem: qd ſcilicet ſe habeat ad itelligere: & ratiocinari: ſicut actus primus ad ſm. Omne inſup ſeipſum mouẽs cõ ponitur ex mouente & moto: mouet autẽ ſeipſum ho mo: ſicut cætera aialia. Cũ ergo primũ principiũ mo tus in hoie ſit itellectus & uoluntas: hoiem componi neceſſe eſt ex ſubſtantia itellectuali tanq̃ ex forma: & corpore tanq̃ ex materia. ¶ Item: ſi ſubſtãtia intelle=ctualis: quã uocamus aiam: nõ eſſet corporis forma: nulla appareret ratiõe: qũo puer: uel iſans homo dici poſſet: cũ adhuc opationes non habeat intellectus: nec ẽt appareret: qũo dici poſſet: hoiem intelligere: ſi homo non eſſet aliquid compoſitum ex anima & cor pore: (actiones eni ſunt ſuppõſitoꝝ). Intelligere igiẽ & ratiocinari non eſſet propria hominis operatio: ſed alterius intelligẽtiæ: quæ ab hoie haberet eſſe diſtin

ctum. Niſi forte cum Platone dicat: hoiem ex anima: & corpore non eſſe cõpoſitum: ſed eſſe ſolã animã cor pori: ſicut motorẽ mobili cõiunctam: quod ſiquis cõ ceſſerit: infinitis implicabitur laqueis. ¶ Primo enim homo non erit animal ſenſibile. Deinde ſequeretur poſt diſceſſum animę a corpore: corpus: eiuſq; partes eiuſdem ſpeciei remanere. Recedente enim motore a mobili: ſpecies mobilis non uariatur. ¶ Præterea: ho minis corpus non uiueret per animam intellectiuam: nec per coniunctionẽ animæ itellectiuæ homo gene raretur: mobile enĩ applicatiõe motoris ad ipſum mi nime generatur. Vbi ergo eſſet hominis generatio: ſi nec ipſa anima generatĩ: nec corpus: quod generatur: ẽ homo: ubi ergo patres: ubi filii? Hęc & hmõi abſur da urgent eos: qui ponũt animam intellectiuã nõ eſſe corporis formam. Cum ergo cognitio ueritatis ſit ob iectorum ſolutio: & qui dicunt animam intellectiuã eſſe formã corporis: omnes euadant difficultates: ma nifeſtum eſt: hãc eſſe ueriſſimam ſententiã. Non enim abſurdum eſt: animam intellectualẽ eſſe corporis for mam: ſupremamq; illius partẽ eſſe a corpore: ideſt ab organo corporeo ſeparatã. Cũ enĩ ipſa aia naturaliũ ſit formarum ſuprema: & inmaterialium ultima: nõ eſt mirum: ſi utriuſq; ſapit naturam extremi: ut ſit par tim ſeparata: partimq; coniuncta. Vnde a quibuſdã nexus mundi appellatĩ: q per eã ſuprema imis in natu ræ ordine copulentĩ. ¶ Cũ ergo ita ſit: neceſſe eſt dice re: eã eſſe imortalẽ: & incorruptibilẽ: omnis nãq; ſub ſtantia intellectualis incorruptibilis eſt: perfectiones enim oportet cum ſuis perfectibilibus habere propor tionem. Propriũ uero hoĩs pfectiuũ: ut homo: aliqd eſt uniuerſale: & incorruptibile: quia propria eius per

fectio

fectio eſt intelligere. Cum ergo intellectio proprie lo-
quendo uniuerſalium: incorruptibiliūq; ſit: aſſerere
oportet: animam intellectiuam incorruptibilem eſſe.
¶ Præterea: animæ humanæ perfectio in abſtracti-
one quadam a corpore conſiſtit: ita q̄ quanto magis
ad incorporea: & immateri alia attollitur: tanto am
plius perficitur. Fatuū eſt ergo dicere: eam in ſepara-
tione a corpore corrumpi: nihil enim ex eo corrum-
pitur: ī quo magis perficitur: nec ſimul poteſt aliquid
ad perfectionem: corruptionemq; tendere. ¶ Quod ſi
dicatur: eius perfectionem in abſtractione a corpore
per operationem conſiſtere: corruptionē uero per eius
ſeparationem ſecundū eſſe: inanis eſt reſponſio: quia
rei operatio ipſius eſſe: ſubſtantiamq; demōſtrat: unū
quodq; enim pro ut eſt operatur: & propria rei opera
tio ſequit̄ propriam ipſius naturam: non poteſt igitur
alicuius rei p̄fici operatio: niſi p̄ ut eius ſubſtātia p̄fi
cit̄. Si ergo hominis operatio: ut homo eſt: p̄ abſtra-
ctionē a corp̄e p̄ficit̄: nulla ratione dici pōt: ſubſtātiā
aīæ intellectiuæ corrūpi: dū ſeparat̄ a corpore. Et ēt
natura īſitū hoīb⁹ cūctis: ut quodāmodo credere cō
pellant̄: aīam eē īmortalē: unde nemo poteſt ſine titu
batione ī ſententia mortalitatis aīæ p̄manere: quod
patet ex ſollicita oīum inq̄ſitiōe. Oēs eni hōies natu-
rali inclinatione: & uehementi quodā affectu hoc in
telligere cupiunt. Tum maxime philoſophi in hac p̄
ſcrutatione uerſati: attritiq; ſunt. De qua materia
poetæ pariter: & alii tam docti quam indocti uaria
conſcripſere. Si ergo deus & natura nihil agunt fru
ſtra: hæc hominū tā uehemēs inclinatio: & naturale
intelligēdi deſideriū: uanū eſſe nō poteſt. Quod ſi aīa
ſit mortalis: profecto contra euenit: quia non ſolum

inanis eſt hmōi naturalis īclinatio: & ſollicitudo: ſed triſtitiæ: deceptioniſq; fomentum. Cū ergo abſurdū oino ſit: hoc deo & naturæ aſcribere: & palā ſit ex tali deſiderio aiam eſſe īmortalē: quod ideo homini a deo inſertū eſt: ut ſit de alia uita ſollicitus: ad quam ꝓficiſcens ueræ beatitudinis finē tantūmodo ꝯſequi pōt: et ſic cōcludit id deſideriū non eſſe uanum: ſed ꝓutile: & neceſſarium. ¶ Queadmodū ergo (ut ſuperius diximus) negātes aiam eſſe corporis formā: ita & qui īmortalitatē negant: inſolubilibus laqueis detinēt. Nam ꝑter ea: quæ dicta ſunt: difficile erit: imo īpoſſibile intelligere: qūo homo ſit aïal rōnale: liberoq; arbitrio prӕditus: q̄ iuſtis legibus delinquēs puniatur: quis ſit eius finis: quæue diuina circa eum ſit ꝓuidentia. Cōpluraq; alia: quæ enumerare: ac diſſcrere ꝓlixioris operis eſſet. Hęc autem oïa ex contraria: & uera ſententia facillime ſoluunt. ¶ Sed quia alia: de qua nūc agitur: uita: humanæ facultatis metam excedit: hic primū claudemus librum: ut ſublimius fidei tractandæ accingamur: quia ubi deſinit ratio: ibi incipit fides. Quā ſi ueram probauerimus: nulla de immortalitate animæ ſupererit dubitatio.

¶ Liber ſecundus

¶ Procemium de ordine procedendi.

CVm ſuperiori libro de his tractauerimus: quę ratio naturalis per ſe capere poteſt q̄tum huic intentioni nr̄æ ſufficere putauimus. Reliquū eſt: ut ad ea conuertamur: quæ rationē ipſam naturalem excedunt: ut tā per hæc naturalia: q̄ per ea: quæ a chriſto facta ſunt: fidem chriſtianam ueriſſimam eſſe oſtēdamus. Et quia ꝑſentia melius q̄ ꝑterita cognoſcunt: faciliuſq; ꝑteritis q̄ pręſentibus

bus fides abrogari pōt:primo rōnum fundamenta ponemus in his:quæ cum quotidie in eccleſia a chriſtianis fieri cernantur:& ad ſenſum pateāt:negare nemo pōt. Loquor aūt non de maloꝝ chriſtianoꝝ operibus:qui potius ab eccleſia ſecluſi ſunt:ſed de his: quæ a bonis fiunt:qui non tantũ noīe:ſed operibus ſunt chriſtiani. Deinde rōnes adducemus ſup his ſtabilitas:quæ geſſit chriſtus:& quæ oībus exploratiſſima ſunt: præſentia ſiquidē ꝑteritis fidem aſtruent manifeſtam. Quia uero principalis effectus : ad quē oīs eccleſiæ tendit inſtitutio:eſt iuſtitia:& irreprçhenſibilis uita:dicente ſaluatore noſtro: (ego ueni: ut uitā habeāt:& abundantius habeāt:) primo ꝓbabimus chriſti fidem eſſe uerā per rōnes in ipſa bona chriſtianoꝝ uita. Secundo in hmōi uitæ cauſa. Tertio demum in eius effectu uere fundatas. Et in his oīa fere : quæ in ipſius dei noſtri eccleſia militante nunc fiunt:ſuo ordine complectemur.

¶ Aliquam ueram eſſe religionem. Cap. pri.

VT igit̃ ꝓcedētibus ſequentia cōnectam⁹:ex his:quæ dicta ſũt:neceſſe ē quēlibet hoīem confiteri:aliq̃ in terris ueram eſſe religionē: religionē aũt uocam⁹ debitũ cultũ deo exhibitũ tāq̃ uniuerſali oīum principio: & gubernatori. Oīs.n.effectus quendā exhibet ſuæ cauſæ cultũ:dũ ad eam ſe ſe cōuertens:ipſamq; quodāmō inuocās:ei ſe ſubiicere:ac ſimilem efficere cōat̃. Q uod nihil:aut retributionem quādā honoris oñdit:ut ab ea magis magiſq; ꝑficiatur. Cũ ergo de⁹ ſit uniuerſalis oīum cauſa:a quo cœlũ:& natura:atq; oē bonũ eſt:patet ī homine:naturalem inſtinctum eſſe oportere:ut ſe ad deum conuertens ipſum inuocet: eiq; ſe ſubiiciat: &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quo ad poſſit ei ſimilis fiat: & ab eo perficiatur: qđ nihil aliud eſt q̃ deum collere. Cum ergo naturalis in clinatio uana eſſe non poſſit: neceſſe eſt concedere: ali quam inter homines ueram iueniri relligiõem. ¶ Ad hęc: cum ad ipſum deum collendum ſicut omnis effe ctus ad ſuam cauſam homo naturaliter inclinatus: rationalis ſit: ſuiq; arbitrii: non agitur queinadmo- dum cætera naturalia: ſed ſeipſum agit. Et quia in multis naturalis ratio deficit: ſi propterea tãtum ho mines oberrent: ut nullus adhuc uerus dei cultus in ueniatur: auferatur oportet ab hominibus dei proui dentia: cũ in hoc: quod perneceſſarium: & naturale eſt eis: minime prouideat: quãdoquidem per uerum dei cultum ii ad ſuum finem perducuntur: hoc aũt ſuperius plane redargutum eſt. ¶ Item: cum ſciamus omne hominum genus in quolibet ęuo tam exacto q̃ prężenti fuiſſe diuino cultui diuerſimode deditum: hoc eſſe natura iditum certum eſt: naturale enim eſt: ut alias diximus: quod omnibus: & omni tempore conuenit. Si ergo nullus habeatur in mundo uerus dei cultus: fruſtra ſit oportet hæc naturalis hominis inclinatio: cum ad ſuum finem peruenire non poſſit. Ex quo ſequeretur: ipſum deum tã irrationabilibus creaturis q̃ rationali homini prouidiſſe. ¶ Prętereа: cum omnis cauſa: quoad fieri poteſt in ſuum effectũ: bonitatem ſuam: perfectionemq; trãſfundat: inten- dens eum modis omnibus pro captu recipientis ſibi ſimilem reddere: & ad ſe trahere: deus cum ſit ſum- me bonus: & prima omnium cauſa: proculdubio per fectioni hominum: quorum gratia omnia naturalia inſtituit: prorſus intendit. Cum igitur ipſius homi- nis uera perfectio in ſubiiciendo ſe deo: & in eo uene

rando potiſſime conſiſtat: quo ad relligionem maxime pertinet. Hinc ſequitur aliquam in mundo uerā relligionem dari oportere.

¶ Duplicem eſſe dei cultum. Cap. ii.

CVm autem deus poſſit dupliciter ab hominibus uenerari: ſpiritu uidelicet: & corpore: duplicem quoq; cultum ponere debemus: interiorem ſcilicet & exteriorē. Interiorem dicimus eū: qui deo per opationē intellectus: & uolūtatis exhibet. Exteriorē uero: qui per corporis officia: cerimoniaſq;: & ſacrificia impendit: cū igit̄ materia ſit ꝓpter formā: nemini dubiū eſt: exteriorē cultū ad interiorē ordinari: eiq; ſeruire. ¶ Interiorē aūt uerū dei cultū dicim⁹ eſſe rectitudinē: ac ꝑfectionē uitæ hominis īterioris: qua deus maxime honoratur: quod ſic probamus: omnis cauſa in ſui perfectione effectus maxime honoratur: unde artifices in operum ſuoꝝ conſumatione probantur: nullus autem effectus homine nobilior inuenitur: qui quanto perfectior fuerit: tāto magis ſuā cauſam: id eſt deum honorabit: eo aūt perfectior erit: quo ſācti⁹ uiuet. Sāctitas uero eſt interioris hoīs ꝑfectio: qua etiā totus homo perficitur: ergo in bona: & ꝑfecta hoīs uita: deo præcipuus honor ꝑſoluit̄: & ſic uer⁹: & īteger dei cultus eſt ipa optimi uiri uita: & opatio ī deū relata. ¶ Itē: deū nō ſolū ꝓpter ſe ueneramur: & colim⁹: ſed ut ab eo ēt felicitatē: & quæ ad hoīem ſpectāt: bona ꝯſequamur: cultus ergo dei uerus eſt mediū: & diſpoſitio ad hęc bona ꝯſeqnda: agētia ſiquidē diſpoſitionē ſubiecti exigunt. Cū ergo manifeſtū ſit: ad ipſā felicitatē: & hmōi bona a deo īpetrāda multo ꝑfectius hominem per bonā uitā q̄ per ſacrificia: cerimoniaſq; diſponi:

cõſtat: uerũ dei cultum eſſe rectitudinẽ uitę. ¶ Prętere a: cũ deus ñ ſit corpus: ſed actus purus: homo per rectitudinẽ: cordiſq; puritatem fit deo ſimilior q̃ per actus exteriores: & ideo pfectius deus ſpiritu q̃ corpore colitur: (Spiritus enim eſt deus: & eos: q adorãt eum: in ſpiritu: & ueritate: oportet adorare.)

¶ Nullã chriſtiana uita iueniri meliorẽ. Cap. iii.

NVlla aute uita melior: & ſanctiorq̃ chriſtiana inueniri: aut excogitari poteſt. Nam ĩ ter cũcta uiuẽtiũ genera: ea quę ſolã animã habent uegetatiuã (ut plãtę) infimũ uitę gradum ſortiuntur. Animaliũ aũt uita multis diſtinguitur gradibus: quoꝝ alius alio pfectior eſt. Ille eni uitę ſenſibilis gradus pfectior in animalibus eſt: q cognitionis ſenſibilis eſt magis particeps. Cũ aũt itellectiua cognitio ſẽſibilẽ excedat: pfectioris uitę gradũ hoibus q̃ brutis tribuimus: in qbus etiam diuerſos uitę gradus: quo ad pfectionem: non quo ad eſſentiã ponimus. Illos eni: qui ratione duce in oibus operantur: iis præferimus: qui ſenſibus obſequentes: ratione poſtpoſita: tota uiã aberrãt: qa quanto magis uoluptatibus addicti ab ea recedũt: tanto minus participant hominis: & brutis efficiũtur ſimiliores. Qui uero magis rationi inſeruiunt: & cõcupiſcibilẽ partẽ cohercẽt: plus hominis habent q̃ bruti. Cum ergo uita hominis ſit brutoꝝ uita prętantior: haud dubiũ eſt: quin inter homines illi ſupemineant: qui rationẽ dominam amplectũtur: ubi etiam gradus inter ſe uarii differunt. Cũ enim amplius intellectus per cognitionem: & amorẽ ueritatis ſpiritualium reꝝ q̃ corporearum: pręſertim ueritatis de deo cognitę pficiatur q̃to quis magis: relictis corporalibus: cõteplatione:

& amore ad ſpiritualia: & diuina euehitur: tāto magis pficitur eius intellectus: & pfectiorē nanciſcitur uitam. Sed uita chriſtiana ad hoc potiſſimū tendit: ut poſthabitis creaturis oībus tam ſpiritualib⁹ q̄ corporeis: per contemplationem: & amorē ſe totā in deū trāſfundat: & fiat unus ſpiritus cum deo. Cum ergo potior íueniri nequeat uita q̄ hęc: quę hominem ſuo pricipio: & ultimo fini cōiungit: patet nullā uitā chriſtiana eſſe meliorem. ¶ Pręterea: recta hominis uita: ut homo eſt (ut ſupra iam diximus) pro ipſo ratiōis modo eſtimatur: quanto ergo rationabilior uita fuerit: tanto dignior iudicabitur. Quare cum ueri chriſtiani nihil omnino cōtra rationē agere uelint: fateri neceſſe eſt: iter exteras gentes: ac nationes: nullā chriſtianæ uitæ eſſe pręferēdam. ¶ Itē: bona hominis uita ad cōtemplatiōem dei tendit: & ad eam ordinat̄: in qua purgatiſſima mentis ſerenitas exigit̄. Humanis nāq; paſſionibus: & affectibus ſubiectus: minime aptus eſt contemplationi rer̄ diuinar̄. At nulla uita inueniri poteſt: quæ liberiorē: purgatioremq; reddat hominē q̄ chriſtiana: cum relictis oībus ſoli deo ſe ſe cōiungere laboret: ergo nulla huic dignitate: atq; excellentia præſtat

¶ Vltimo chriſtianæ uitæ fine meliorem nulluz excogitari poſſe. Cap. iiii.

SEd ut melius oſtendamus: nullā chriſtiana uita meliorē inueniri poſſe. Cum duo ad bonam uitā principaliter requirant̄: uidelicet finis bonus: & quæ ad finē ſūt: cū ipſo fine pportionē habētia: demonſtremus primo: nullū finem humanæ uitæ eo: ad quem tēdūt chriſtiani: dari meliorē: nec magis rationi cōſonū. Deinde ea: qbus ad

eum finẽ ab eis ꝑgitur: ꝑfectiſſima eſſe ꝓbabimus: & cũ ipſo optimam habẽtia ꝓportionẽ. ¶ Quo igiť ad finẽ patet. Nã duplex eſt hominis finis: uidelicet finis cuius: & finis quo: hoc eſt ipſa res: ad quam tẽditur: ciuſq; fruitio. Cũ igitur nihil pſtãtius: ac melius deo poſſit excogitari: atq; chriſtiani humanę uitę finem ſtatuant deum: cuius gratia oia faciunt: pſpicuũ eſt quo ad hoc: nullũ finẽ inueniri poſſe meliorem. Fides quoq; ad uiſionẽ: & fruitionem dei nõ per creaturas: ſed per eſſentiã aſpirat: quo nullus ꝑfectior actus reperitur. Cũ enim ꝑ aptaꝫ uiſionẽ: & fruitionẽ deo cõiũgitur homo: ultima cõſũmatione ꝑficiť: ſupra quã nil amplius optare licet: cũ deus ſit bonuꝫ: quo nihil maius excogitari poteſt. ¶ Felicitatem uero humani generis eſſe aptam dei uiſionem ualidis arguiť rationibus: iam enĩ ſupius probatũ ẽ: hominem in pręſenti uita beari nõ poſſe. Dum ergo beatitudo hominis ſit ueritatis contemplatio: hęc expectanda eſt in alia uita. Si uero in futura uita ponamus humanæ uitæ finem eſſe cõtemplationem primæ ueritatis cognitæ non per ſpeciẽ ꝓpriam: ſed per effectus: multis afficiemur difficultatib⁹. Primo enĩ nõ apparet: quomodo in huiuſmodi cõtemplatione: humanũ poſſit deſiderium prĩus qeſcere. Si enĩ anima rationalis a corpore ſeiuncta effectus non ſolũ naturaliũ: ſed ſpiritualiũ quoq;: imaterialiũq; ſubſtantiaꝝ cognouerit: aut ꝑfecte: aut imꝑfecte hanc cognitionẽ habebit. Si imꝑfecte: inde quoq; imꝑfectam de deo cognitionẽ: contemplationeq; aſſequeť. Cũ uero omne imꝑfectũ ſuã appetat ꝑfectionẽ: ſicut materia formã: & turpe pulchrũ: in eiuſmodi cognitione ſibi non ſatiſfaciẽs anima qetem repire non poſſet. Quod ex hominũ patet

ſtudio: quoꝝ intellectus in cognitione cōfuſa mini-
me quieſcēs: omni opera: ac labore ad pfectā cogni-
tionē puenire cōtendit. Si naūt pfectam obtinuerit
illoꝝ effectuū cognitionem: mox deſiderabit eoꝝ co
gnoſcere cauſā: (qa oēs hoīes natura ſcire deſiderāt)
philoſopho teſte & (ſcire eſt rei cauſā cognoſcer̄) qd̄
aūt naturale eſt: auferri nō poteſt. At cum oīs motus
naturalis in fine q̄ in principio ſit uelocior: tanto ue-
hementius cognitionē cauſę deſiderabit: q̄to pfecti⁹
ipſius effect⁹ cognouerit: non liquet ergo quomodo
naturale hoīs deſideriū: niſi deuꝫ uideat: poſſit oīno
qeſcere. ¶ Quod etiā hoc ꝓbatur expimento: cerni
mus enīꝫ nulla re finita animi capicatatē īpleri poſſe
poſito enī quocūq; finito: intellectus noſter aliquid
ultra ſemp apprehēdit. Vn̄ pręſuppoſita q̄libet linea
finita: numeroq; finito: nunq̄ ſupaddēdi facultas in
animo terminatur: & hęc eſt ratio infiniti apud ma-
thematicos tā ī numeris q̄ in lineis augmenti: cum igi
tur cuiuſcumq; infra deum ſubſtantiæ amplitudo ſit
finita: intellectus noſter donec diuinam ſubſtantiam
attigerit: ſatiari non poteſt. Quippe quę ſola cum ſit
actus purus: (ut diximus:) nullo circūſcribitur fine.
Rationabiliter itaq; poni nō poteſt: alium humanæ
uitæ finem deberi q̄ euꝫ: quem fides noſtra decernit:
hoc eſt diuinæ eſſentiæ uiſionē: ipſum uero deū eſſe
ultimum: in quo anima conquieſcit: luce clarius eſt.
Omnis eni motus naturalis ad aliquē tendit ultimū
terminū: ad quē cū puenerit mobile: qeſcit. Cū ergo
infra deū nulla hūani cordis ſubſtātia terminar̄ deſi
deriū poſſit: dicim⁹: ꝙ ſolū qn̄ deū de facie ad faciem
intuebit̄: tum demū uere qeſcet. Qn̄quidē cuꝫ nihil
deo ſit mai⁹: nihil ꝓrſus ad ſatietatis cūulū accedere

poterit. Neq; inferiorū deſiderio afficietur. Tū quia penitus eā nihil pendet (eo q̄ finiti ad īfinitū nulla ſit proportio). Tum q̄a nihil eſt in ullo effectu: quin excellētius in prima cauſa inueniat: atq; ita nihil ei deſiderabile deerit. Tum q̄a intellectus noſter exactiſſime pficiet: ex quo enim ad ſupmū intelligibile euehetur: pcul dubio cætera intelligibilia: ad quæ naturaliter īclinatur: facillime apprehēdet. Quāuis enim ſenſum excellēs ſenſibile corrūpat: contra tamē excellēs intelligibile pficit intellectū. ¶ Sciēdum eſt autē: q̄ cū deus ſit infinitus: & extra cuiuſlibet ſubſtantię ordinē: intellectus noſter ꝓpria ipſius uirtute ad diuinæ eſſentiæ uiſionē: elleuari nō poteſt: ſed aliqua noua reqritur diſpoſitio: quā noſtri theologi gloriæ lumen appellant: quod purgatæ cuilibet animæ deus īfundit ut ſuæ habilē reddat uiſioni: ſemper enim neceſſariis deus occurrit. Neq; poteſt q̄ſq; ſupra ſuas uires attolli: niſi eius uirtus ſuperna ope adiuuet. Ad ipſius aūt dei uiſionē uigor p ſolā luminis intellectus naturalis intēſionem minime ſufficit: ꝓpterea q̄ intenſio formæ eam ñ trahit ad alterius ſpeciei opationē: qualis eſt dei uiſio creato ītellectui comparata. Oportet igitur augeri uirtutē intellectiuā p alicuius nouæ diſpoſitiōis adeptionē: quā lumē gloriæ nuncupamus. Ex quo liquet q̄ ucre q̄q; rōnabiliter fides noſtra de humanæ uitæ fine ſentiat: & q̄ facile oēs cōtrouerſiarū explicet nodos: q̄bus alii ſec9 opinātes multiplicit̄ angunt̄. Cōſtat igit̄ ſiue de fine cui9: ſiue de fine quo loq̄mur: nullū meliorē: rōnabileq; īueniri aut excogitari poſſe eo: quē religio chriſtiana prędicat: & obſeruat.

¶ Nullum ad beatitudinem medium chriſtiana uita melius inueniri. Cap. V.

De

DE medio quoq; ad cõmemoratũ finẽ puenie͂di differentes: facile oſtẽdemus: nullũ ei: qđ chriſtiana fides aſſerit: cõferri rationabiliter poſſe. Nã ꝙ aliquo: uel aliqbus mediis ad finẽ: ideſt beatitudinẽ homo pueniat: cũ deus & natura nihil agant fruſtra: nemini ãbigẽdũ. Fruſtra enim eſſe dicit̃ quicqd ad eũ finẽ: ad quẽ ordinatũ eſt: ꝑuenire nõ põt: queadmodũ fruſtra quis uirtutẽ habeat motiuã ad motũ exercẽdũ: deficientibus mẽbris. Cũ ergo natura hoĩes beatitudinẽ appetant: ꝑfecto ſubtractis mediis: inani hoc flagrabunt deſiderio ad ea quãdoq; pueniendi. Itaq; aliqđ medium dari oportet: quo ad dei uiſionẽ poſſit homo puenire: idq; chriſtiani eſſe dicũt puritatẽ cordis: gratiãq; diuinam ſupernaturaliter infuſam ipſã animã omni uirtute pficiẽtem ¶ Cordis uero puritatẽ eſſe mediũ tranſeũdi ad ueritatis primę cõtemplationẽ nemo põt negare: oportet enim finẽ cum mediis haber̃ ꝑportionẽ. Ad ipſius aũt dei cognitionẽ magnã exigitur extaſis: cũ ſit intelligibilium ſupremum: extraq; oia ſenſibilia. Ideoq; ad id neceſſaria eſt exquiſitiſſima animi purgatio: ideſt a ſenſibiliũ amore: & implicatione ad inuiſibilium cognitionẽ: amorẽq; eleuatio: purũ eni dicit̃ quod inferiori naturæ nõ admiſcetur. Cum ergo intellectus noſter ab organo ſit corporeo ſeparatus: & anima noſtra ſit ſubſtãtia rationalis: quanto ſe magis a corporeis abſtrahit rebus: diuiniſq; coniungit: tãto purior efficitur Q uicqd aũt philoſophi de cordis puritate: de uirtutibus: & ꝑbatis moribus ſanxerunt: nõ tãto exequitur: ac docet chriſtiana relligio: ſed multo pfectiora documẽta ad cor ſanctius purifi

candum inuenit. Nõ eni puritas cordis: quæ naturaliter ab hominibus cognoſci: & haberi põt: ſufficiens eſt mediũ ad finem: quẽ prædiximus obtinendum. Nam qcquid alicuius naturæ limites excedit: ei niſi per alterius actionẽ aduenire nõ poteſt: ſicut & aqua niſi alio mouente ſurſũ nõ tendit. Videre aũt dei ſubſtantiam: ut i præcedenti capitulo diſcuſſim⁹: oẽs naturæ creatæ limites tranſcẽdũt. Ideo ꝓ cum unumquodꝙ intelligat per ſuæ ſubſtantiæ modũ: ut quis diuinã eſſẽtiã uideat: ꝑpria uirtus ad purificãdũ non ſufficit: niſi actione ſupioris uirtutis adiuuetur. Rectitudo igit̃ uitæ: de qua philoſophi diſputarũt: ad hanc beatitudinẽ inſufficiẽs eſt. Hinc nõ imerito chriſtiani gratiã: & uirtutes a deo ſupnaturaliter iſuſas ponunt: qppe q nulli in neceſſariis unq̃ deſit: ut p eas homo purgatiſſima acie ad finẽ dirigat̃ optatũ. Q đ prolixiori ſermone probare huius opis breuitati: cui maxime ſtudemus: minime conuenit: cum pręſertim in libro đ ſimplicitate uitæ chriſtianæ a nobis ędito: ſatis aperte monſtrauerimus: uitam chriſtianã nõ ab amore naturali: nec ab imaginatiõe: nec a ratione tãtũ naturali: nec ab influxu cœleſti: neqꝫ ab aliqua ſpiritali creatura: ſed a gratia dei: ideſt a dono eius ſupernaturaliter iſuſo deriuare. Ne idem ergo ſępius repetamus: legant qui uolunt librum illum: & intelligent uitam chriſtianam eſſe perfectiſſimam mediam ad finem huius uitæ perueniendi. Ex quo ſequitur: nullam inueniri: aut excogitari poſſe uita ipſa chriſtiana meliorem: atqꝫ omni ex parte perfectiorem.

¶ Per religionẽ chriſtianã homines certiſſime ad beatitudinem perduci. Cap. VI.

SI ergo (ut ꝓbauimus) opꝫ aliquã iter homine ueram eſſe relligionẽ: quæ in rectitudine uitæ ɔſiſtitit: cũ i hoc chriſtiana relligio cũctas excellat: neceſſe eſt ɔfiteri eã eſſe ueriſſimã: ꝑ eamqꝫ deũ nõ minus exterius q̃ interi⁹ rectiſſime colli: qa cult⁹ exterior chriſtianæ relligionis aut effecit: aut ſignificat iteriorẽ. Q đ ſi interior uerus eſt: manifeſtũ ſit: exteriorẽ efficere: uł ſignificare ueritatẽ: cũ ergo alter alteri reſpõdeat: uerus eſt cultus exterior: de quo inferius copioſe magis tractabimus. Collẽtibus itaqꝫ nobis deũ ꝑmo ꝓpter meritã eius honoris exhibitionẽ: deinde ꝓpter beatitudinẽ impetrãdã: ſequitur ꝙ a chriſtianis uere deus honoretur: & ab his beatitudo expectaĩ: ꝙqꝫ ad eã tandẽ omnino queant ꝑuenire: ideo q chriſtiane uiuendo uſqꝫ in fine pſeuerauerint: beatitudinẽ ſibi tuto polliceri poſſunt. Cũ diuinam inſup ꝓuidentiam in rebus humanis aperte ſupius mõſtrauerimus: cui⁹ eſt ꝑ debitã media res ad fines ſuos dirigere: nullũqꝫ medium chriſtiana uita perfectius poſſit inueniri ad beatitudinẽ obtinendã: dubitare nullo pacto debet quiſqs chriſtiane uixerit (cũ chriſtianæ relligionis cultus ueriſſimus ſit) quin a deo per illũ ad beatitudinẽ perducatur. ¶ Prçterea: ſi deum negare eſſe iuſtũ fas non eſt: chriſtianç relligionis homines: qui dei mandata ſeruauerint: perire non poſſunt. Deus enim omniũ cauſa omnia ad fines ſuos mouens: aut aliquos mortaliũ: aut nullos ad beatitudinem ꝑducet. Profecto nullos dicere non licet: fruſtra namqꝫ eſſet homo: & hinc plura ſequerenĩ abſurda: ut ex præcedentibus manifeſtũ eſt. Sin aliquos: iure chriſtiani: quos hominum eſſe optimos nouimus: nõ ſunt poſthabendi

¶ Nam ſi chriſtiani pietate: & relligione cæteris ſanctiores optato beatitudinis fine deſtituantur: ꝓfecto nulli hominũ ad eum ꝑueniẽt: qa ſi id qd' magis eſſe uidetur: non eſt: neqȝ quod minus: chriſtiani aũt magis uidentur fore beatitudinis cõpotes q̃ reliqui hominum: quia: ut ex ꝑdictis patet: ſunt ad eã capeſſendã ꝓpinquores: relligio ergo: fideſqȝ chriſtiana oĩbus eſt aliis ꝑponenda. Quod ſi chriſtiani in huiuſmodi relligione ſpe ſua fraudentur: dicere oportet: nullã eẽ talẽ beatitudinem. Sed fabuloſum ac cõmẽticiũ quodam: qñquidem in natura uidemus oẽ agens niſi nimis impediatur: in materia bene diſpoſita formã ſemper introducere. At bonæ uitæ finis: & ultima eius forma: eſt ipſa beatitudo: ad quã nulla uita melius q̃ chriſtiana diſpõitur. Si ergo huic habiliori expetita non datur beatitudo: ꝓfecto nulla hominis erit: qa (ut iam probatum eſt) alia hominis beatitudo uere eſſe non poteſt: atqȝ ita nullus oĩno huius uitæ ultimus dabitur finis. Cum ergo finis ſit regula oĩum: quæ ad ipſum ordinantur: ſequeretur hominem eſſe animal oĩ ꝑrſus ordine carens: oĩũqȝ miſerrimũ: q caſu uiueret: omni prouidẽtia deſtitutus: qd' putare maxime abſurdũ eſt. Vita ergo chriſtiana: id qd' nobis erat ꝓbare ꝓpoſitũ: ꝑ uerã relligionẽ ad beatitudinẽ certiſſime tendit.

¶ Vel ex eo fidẽ chriſtianam eſſe uerã: ꝙ optimæ uitæ ſit cauſa. Cap. VII.

Quando ergo oſtendimus ueram eſſe chriſtianam relligionem ex rõnibus i bona chriſtianorum uita: perfectaqȝ ypothiſis. Nunc accedemus ad huius uitæ cauſas: idem confirmaturi. Principalis aũt uitæ hmõi cauſa eſt ieſu chriſti fides crucifixi a charitate formata: ideſt quæ per

dilectionem opatur: dicēte ſacra doctrina. (Iuſtitia dei eſt per fidē ieſu chriſti in oēs: & ſuper oēs: qui credunt in eū). (Et ſine fide impoſſibile ē placere deo.) Dicimus aūt fidē chriſti formatam eā: qua credimus ipſum chriſtum crucifixū eſſe uerum deū: & uerum hoiem: filium dei: unū in natura cū patre: & ſpiritu ſctō: in pſoniſq; diſtinctum: quem ſuper oia diligimus: fides ergo cum amore in chriſtū eſt cōmemoratæ uitæ cauſa. ¶ Quod aūt ita ſit: quottidiano docemur expimento: qđ uero nobilliſſimū eſt: negari nequit. Manibus ſiquidē quoddāmodo attrectamus: ita ſe rem habere: quia chriſtianum uidemus: & expimur tantū in rectitudine uitæ q̄tum in fide xpi: & e conuerſo pficere: cū hęc inter ſe mutuo conuertātur: contra quoq; in utroq; deficere pariter oportet. Ex defectu naq; bene uiuendi fidē formatam deperditū iri pſpeximus: & e conuerſo. Si eiuſmodi ergo pſpicim⁹ in humana uita effectum: quē poſt aduentū chriſti ad hęc uſq; tpa pduraſſe hoies tam ſuo q̄ alieno picuło dicere: idq; palam chriſtiani oēs atteſtantur: & prędicant: iure in eo philoſophari debemus ex admiratione tantę rei cauſas inquirentes. Queadmodum philoſophi inſpectis re℞ naturaliū effectibus tū eo℞ cauſas ignorantes admirari primū: dehic ex admiratione philoſophari cœperunt. ¶ Primo itaq;: effectus ſua cauſa pfectior eſſe nō pōt: cum cuiuſlibet effectus perfectio a cauſa depēdeat. Si ergo rectitudo: ac ueritas uitæ chriſtianę: quæ cunctis p̄ferenda eſt: pendet a fide chriſti: impoſſibile eſt ipſam fidē non eſſe uerā. Si aūt eſt uera: ſeqtur xp̄m uerum eſſe deū: qđ chriſtiani affirmant: eiuſq; ueram eſſe relligiōem. ¶ Impoſſibile item eſt bonum a malo: & uerū a falſo

tanq̃ a cauſa per ſe dependere: malũ enim ꝑut malũ: ſimiliter & falſum ꝑut falſum: ni hil eſt. Si ego fides xpi eſſet falſa: & illius amor malus: certe rectitudo uitę chriſtianæ tã bonæ ab ea per ſe non dependeret: uti uidemus. ¶ Item: ſi fides chriſti eſſet falſa: nullus error poſſet maior inueniri: nam dicere hominẽ crucifixum eſſe deũ: ſi nõ ſit uerũ: extremæ dementiæ eſt: cum ergo uita chriſtiana ꝑfectiſſima ſit: ut prædiximus: quomodo tanta uitæ ꝑfectio: ſiue rectitudo poterit a maximo errore ꝑuenire? Cũ omnis recta uitæ inſtitutio deriuata rectitudine intellectus: & omnis error in affectu: & operibus humanis ab errore illius: obliquitateq́ꝫ ꝓcedat. ¶ Quanto inſuper aliqua natura melius eſt diſpoſita: tanto ſuſceptibilior eſt formæ ꝑfectioris: forma aũt & ꝑfectio noſtri intellectus eſt ueritas: eius aũt diſpoſitio ad ueritatẽ ſuſcipiendã puritas eſt: cordiſq́ꝫ ſinceritas. Ideoq́ꝫ quanto fuerit hõio a rerꝫ humanarꝫ affectu purgatior: tanto magis ad capeſſendam ueritatẽ: reiiciendãq́ꝫ: quã facile diſcreuerit: falſitatẽ: præparatur: ſed nulla diſpoſitio nẽm: ac purificationẽ chriſtianæ pareꝫ iueniri poſſe ꝓbauim?. Si ergo eſſet mẽdax hęc fides: id ſane chriſtiani multo promptius: atq́ꝫ clarius q̃ alii cõſpicarẽtur: cui? rei oppoſitũ cernimus. Quanto eni ſanctiores in dies efficiuntur: tanto eã conſtantius affirmãt: contra uero ex ꝑfectu fidei: uitæ ꝑfectio pariter augetur: ex quo fides falſa eſſe nõ põt. ¶ Pręterea: ſicut deus tãq̃ primus motor: & prima cauſa oia mouet: atq́ꝫ ꝓducit in rebus naturalibus: & corporis: ita etiã in ſpiritualibus ſe ſe habet: ipſe ergo ẽ: q humanũ mouet intellectũ ad ueritatem. Nemo aũt dubitare debet: qn deus ueritatis lumẽ: ꝑſertiꝫ circa neceſſaria ad ſalutẽ

tis clarius impartiatur: qui per uitæ ſanctimoniā ma gis ſunt diſpoſiti. Quemadmodum ſinceri chriſtiani: qui ſi in fide errarent: nullam præ aliis peccatoribus gratiæ prærogatiuā haberent: ſed multis præſtigiis: & erroribus capti relinquerent: quod a prouidentia: & bonitate dei alienum eſt. ¶ Finis īſuper eſt ratio eorum: quæ ad ipſum finem ordinantur: ideo qui peccant in fine: in his: quæ ad eum perducunt: eos peccare neceſſe eſt. Finis enim in rebus agendis eſt ſicut principium in ſpeculatiuis: cum ergo chriſtiani non errent in his: quæ ad finem ſpectant: ideſt in rectitudine uitæ: immo ceteris longe antecellant: ſequitur: ꝙ etiam in fine non errent: ſed eorum finem eſſe chriſtum omnes certiſſime confitentur. Nam & ſimillimi chriſto fieri nitūtur: & ad eius fruitionem totis uiribus ire contendunt. Quemadmodum ergo ipſi ueriſſime aſſerunt: chriſtum crucifixum eſſe deum: cōcludendum eſt. ¶ Præterea: deus in omnibus ordinate procedit: propterea ꝙ omnia faciens ſapienter inferiora per ſuperiora gubernat: hinc nobilioribus effectibus nobiliores cauſas præpoſuit: cum ſemp oporteat cauſam ſuo effectu eſſe pfectiorem. Nullus autē inter homines effectus nobilior inuenitur q̄ uita chriſtiana: neceſſe eſt ergo talem effectū a nobiliſſima cauſa prouenire. Cum autem eum uideamus totū a chriſto emanare: confiteri neceſſe eſt: chriſtum eſſe nobiliſſimam cauſam. ¶ Cauſæ inſuper ſecundę ſunt inſtrumenta primæ: cum ergo uita chriſtiana a chriſto tanq̄ a cauſa ꝓficiſcatur: fatendum eſt chriſtum hominē crucifixum eſſe primę cauſæ inſtrumētum ad ꝓducendum hūc eximiū chriſtianæ rectitudinis effectū. Q đ ſi chriſtus deus non eſſet: queādmodū ſeipſum ꝑdi-

cauit: nullus utiq̧ homo eo poſſet ſcelleſtior: aut exe cratior inueniri: atq̧ ita deus ad effectũ optimę uitæ ꝑducendum peſſimo uteretur iſtrumẽto: qđ eſſet ue hementer abſurdũ. Item: quanto effectus ſuæ ſit cauſæ ſimilior: tanto amplius ꝑficitur: quia eius ꝑfe ctio eſt per ęquiparationẽ ad cauſam. Videmus aũt: ꝙ q̃to qs chriſti ueſtigia magis imitat̃: & eius in uita ſimilitudinẽ exprimit: tanto fit ſanctior & diuinior: hoc aũt minime fieri poſſet: niſi ipſe chriſtꝰ uerus deꝰ: eiuſq̧ fides ueriſſima eſſet. Præterea: ex effectibus cognoſcimus cauſas: ut ex ipſis experimentis medici nas: cũ aũt philoſophi ſũmo ſtudio elaborauerint: ut nobis bene uiuendi regulas traderent: in paucis tñ eos uidemus: & longo uix tp̃e ꝑfeciſſe. Neq̧ id ẽt in maximo ipſoꝝ apprime philoſophantiũ numero ſine fide chriſti effeciſſe: qđ in multoꝝ congregatiõe fideliũ: in omni hoium genere: & utroq̧ ſexu tam in pueris q̃ in mulierculis celeriter & exacte chriſtiana peperit diſciplina: cum nulla ſit philoſophicæ inſtitu tionis ad chriſtianã comparatio: ſiue de moribus: ſi ue de religione tractet̃. Quid enim mirabilius eſt q̃ ꝙ ſceleſtiſſimus quiſq̧ (ſicut innumeris tam pręteri tis q̃ quottidianis docemur exẽplis) mox ut ad chri ſtũ crucifixũ ueraciter conuerſus fuerit: nouũ ꝑrius induit hoiem: fitq̧ ex ſuꝑbo & inuido: humilis ac be nignus: ex auaro & raptore: munificus & liberalis: ex incõtinẽte & luxurioſo: continẽs & caſtus. Ac de mũ: quaſi pro ſingulis uitiis mox antidota uirtutũ ſaluberrima ibibat: multiplici bonoꝝ fœnore pręte rita mala diluit: atq; cõpenſat: qđ æque nunq̃ ulla philoſophoꝝ ſecta impetrauit. Neceſſario itaq; ſeq tur: xp̃m eſſe cauſam principalem: ſeu inſtrumentale:

ac certam morum: & conſumatæ uitæ medicinam.

¶ Doctrina xpiana: cui fides initiũ: eẽ a ꝓpo. C. Viii.

Acrę inſuper ſcripturę lectio: auditus: & meditatio eſt chriſtianæ uitæ cauſa: noſtræq́ religiōis ſubſtantia. Scripturę ſiquidē ueritas fidei eſt obiectum: ideoq́ poſt argumenta ſuper xpi fide extructa: ponenda illa ſunt: quæ ex ui ſacrę ſcripturę decerpta ſumũt. ¶ Primũ ſcimus: ꝙ de futuris contingentibus non eſt determinata ueritas (philoſopho teſte) de qbus neq́ ars: neq́ ſciētia eſſe pōt. Vnde a pręclariſſimis: & ſapientiſſimis philoſophis determinatũ eſt: futura contingentia a nobis cognoſci non poſſe: ſed hoc tantũ ad proprietatem diuinam pertinet. Deus enim: cũ ſit æternus: oīa ſua æternitate complectiẽ: oiaq́ ſunt eius oculis nuda: & aperta: hoīes uero nequaq̄ prę ſcire futura contigētia poſſunt: niſi eis ab ipſo deo reuellentur. Cũ itaq́ ſacra ſcriptura ubiq́: tũ maxime in ueteri teſtamēto futura cōtingentia: & ad liberꝝ arbitrium ſpectantia non modo generaliter: ſed particulariter ēt pręnunciauerit: neq́ ſolũ unius anni: aut decem: ſed centũ: uel mille: duoꝝ quoq́: ac trium: & quattuor milium annoꝝ uaticinia ꝓdiderit eoꝝ: quæ non tantum hębreis cōtigerũt: & a chriſto eiuſq́ eccleſia geſta ſunt ſed quæ oībus fere gentibus: & regnis Aſſyrioꝝ. ſ. Caldęoꝝ: Perſaꝝ: Medoꝝ: Gręcoꝝ: Romanoꝝ: ac aliaruꝫ nationũ: uel ꝓſpera: uel aduerſa acciderunt: & ſicut multo tpe anteq̄ fierent ꝑdicta ſunt: ita adunguem poſtmodũ euenerunt. Neceſſe eſt confiteri has ſcripturas a ſolo deo: non ab hoīum ſollertia: & ingenio produiſſe. Quæ uero adhuc implenda expectantur: ex argumento præteritoꝝ: in quibus inuiolata

ueritas emicuit: pro certis habēda ſūt: atq; inde colligere facile poſſumus: deum optimum non paruam hoībus curā: ac rebus humanis ꝓuidentiā adhibere. ¶ Præterea: cum deus (ut diximus) ſit ſolus futurorum contingentiū præſcius: non pōt alicuius hominis ſagacitas: & induſtria magnoꝝ uiroꝝ: ac regnū geſta: & bella: uarioſq; hoium caſus ita diſponere: & ſeriatim ordinare: ut ſint ſigna futuroꝝ: qm hominis arbitrio: & uoluntati non ſubiiciunt: ſed præter illius ſpem: alios: & alios plerunq; ſortiuntur euentus. Solus ergo deus ſtatuere pōt: ut aliqua ab hominibus fiant: quæ futuroꝝ tpm geſta prius ſignificēt: Videmus aūt in ſacra pagina: q quæcunq; in nouo teſtamento hactenus tractata: uel tractanda ſunt: in priſco: ſeu ueteri teſtamento effigiatim præſignata ſunt: & expreſſe. ¶ Nec pōt rōnabiliter dici: has interpretationes a chriſtianis exortas: & ad libitum coaptatas: quia in tanta rerū: & temporū uarietate: multipliciq; uerboꝝ poſitione: atq; auctorum diuerſitate: non poſſet ea ueteris teſtamēti ad nouū uniformitas inueniri: niſi aliquis intellectus ſingulis temporibus ſimilia compegiſſet. Nō enim hoc caſu factū dici pōt: cū nihil in his diſſonum: nihil impertinens: nihil diſtractū īueniat: ſed oia pari teore a ſupmo ad minimum pœnitus concordent: quodq; obſcure in aliquo loco tactū eſt: aperte in alio declaratur: ita ut uniuerſa ſacra ſcriptura ſe ipſā aperire plane uideat. Hoc ſi illius ignaris minus innoteſcat: ſecus ipſius ſacræ ſcripturæ ſedulis: & piis perſcrutatoribus euenit: qui de ſinceriſſimo fonte ueritatis irrigationem melliſluam hauſerunt. Pie igitur: humiliter: caſte: & mūde eam adeant: qui ueritatem noſſe cupiunt: & ſi no

biſcum

biſcum ꝓculdubio ſentient. ¶ Quamobrē huic ſoli ſcripturæ allegorica competit expoſitio: q̄a ea ſola a deo: & a ſupercęleſti lumie emanauit. Allegoriā aūt dicimus non fabuloſam interpretatione more poetarum (nā & nos parabolas exponimus: nec inde allegoriam ſumimus) ſed ſenſū parabolicū: & litteralem uocamus: cum in fabula: & in parabola non ſit intētionis noſtræ ea ſignificare: quæ uoces ipſę per ſe ſonant: ſed ea dūtaxat: quæ ꝑ cōcepta ſub ipſis uocibus intelligūtur. Allegoricū aūt ſenſum eū appellamus: q hæc tria habet: ut. ſ. Primo iuxta uocū ſignificatione hiſtoria mira tā dictoꝝ q̄ geſtoꝝ: & narratorum abſq̄ figmento demōſtretur. Secūdo: ꝙ per ea: quæ geſta ſunt: futurum aliqđ aliud ſignificet. Tertio: ꝙ eadem geſta fuerint ad inſinuādū optime coagmentata. Ex qbus patet: ꝙ talē cōtinentiam: & ſeriem nulla cōtexere pōt diſciplina: ſed ſolus deus: cuius infinita ꝓuidentia circa futura nō fallitur. ¶ Itē: modus locutionis: & ꝓgreſſionis ſacræ ſcripturæ eſt adeo ſingularis: ut a nemine ex noſtris q̄uis excellentiſſimo: & in omni ſcientiarum genere peritiſſimo potuerit obſeruari: ſoli enim: qbus: ſpū ſancto dictante: ita ↄceſſum eſt: eundē modū expreſſerunt. Nā licet diuerſa temporū interualla iter ipſos ſcriptores effluxerint: & alius alio elegantior extiterit: cōſuetum tñ dicendi genus diuini ſermonis nequaq̄ uariatum eſt: quod non eſſe humanum: ſed diuinum manifeſtum iditium eſt. ¶ Hoc aūt maxime probat effectus. Virtus. n. cauſæ ex effectu colligiť: nullus aūt inueniť in terris nobilior effectus q̄ uita xp̄iana: quæ nō poteſt (ut ſupius: & alias ī libro de ſimplicitate xp̄ianę uitę oſtendimus) ab aliqua naturali cā ſed tm̄ a dei gratui

to munere ꝑuenire. Cum ergo talis doctrina ſit potiſ
ſimū huius uitæ inſtrumentū: in quo tota ſubſtātia
chriſtiana relligiōis cōſiſtit: manifeſtū eſt eam: eiuſq̧
loquēdi modū ab ipſis hominib⁹ eſſe nō poſſe. Expe
riētia ſiqdem didicimus: doctrinam hoīum ad bñ: be
ateq̧ uiuendū generi humano parum ꝓfuiſſe. Nā an
te huius in mundo luminis effuſionē: in ꝓfunda no
ctis caligine mortale genus hoīuꝫ uerſabat̃. At poſt
ïcaleſcētib⁹ aplīcę doctrīę radiis: & coruſcātib⁹ eoꝝ
q̧ pdicatiōe tonitruis: oīs per id lumē nubes fugata ē:
hoīum mentes miro ſerenitatis fulgore illuſtratæ ſūt
¶ Sed ne qs præterita neget: ad exēpla domeſtica cō
uertamur. Nos enī ex hac doctrina: eiuſq̧ modo ma
gis q̄ ex ulla alia illuminari: delectari: ac demū flecti
experti ſumus. Quaꝓpter ex quo noſtri tpis pdicato
res ea relicta ad philoſophicas ꝓpōnes: ac rhetoꝝ ar
tes cōuerſi ſunt: oīno parum: aut nihil in auditorum
frequētia: & in populis ꝓfecerunt. Cū antea ſimplici
ad populū ſermone utentes ſolius ſacrę ſcripturæ in
ſtructiōe: & familiaritate cōtenti mirifice illuſtrando
populos inflāmarēt. Qui adeo inuicē delectabātur:
ut hymnis & cāticis tā ī aduerſis q̄ ī pſperis iubilarēt
hinc ad bene: beateq̧ uiuendum apſi uehementer ex
citabant̃. ¶ Teſtis eſt deus q̄ ſæpe pdicanti mihi ad
populū: dum ego per argutā phorum doctrinā: per q̧
humanæ ſapiētiæ uerba euagarer: ut ſciolis huius ſe
culi: ac inflatis ingeniis ſacri eloquii profunditatem
oſtenderem: perſpexiſſe cōtigerit ex quadam audito
rum impatientia: ac lenta auerſione: nō tantū rudiū:
ſed etiam peritorum aures minus attentas. Quotiēs
autem ad ſacræ paginæ maieſtatem conuerterer: ſiue
in interpretrandis uariis ſenſibus: ſiue in eius hyſto
riis

riis enarrandis: miram ſingulorum attentionē: omni
umq; in me defixa ora marmoreis ſtatuis ſimilia ītue
bar. ¶ Sed enim expertus ſum: poſtea q̄ omiſſis que-
ſtionibus cępi ſacram ſcripturam exponere: hoies ea
ſummopere delectatos: illuſtratoſq;: atq; agnita ueri
tate efficacibus aculeis diuini ſermonis compunctos
uitam in melius reformaſſe. Itaq; cū iam nulla alia le
ctione: uel auditione delectari queant a terrenis cu-
piditatibus abdicati: ſe ſeq; in dies ad meliora pro-
uocantes diuini ꝑpe efficiunt. Id eꝫ cōtigit priſcis tpi
bus: cū chriſtiana relligio uberrime pullularet: qđ &
nos modo reipſa comprobamus. ¶ Hęc eſt eni illa do
ctrina penetrabilior oi gladio ancipiti: quæ totū or-
bem uirtutibus adornauit: cultuſqꝫ dęmonum: & ꝓ
phana idoloruꝫ oracula ſubuertit: ac infinitis pulſis
erroribꝰ mirabilia ꝑpetrauit: cuius rei mētionē inferi
us faciemus. ¶ Noſter inſup itellectus quāto eſt pur
gatior: tāto ueritatis magis eſt capax. Hic excellētiſſi
ma quæqꝫ: & purgatiſſima uirorū ingenia: non mo
do ſcriptis hanc doctrinā extulerūt: ſed ꝑdicatione:
uita: ac moribus ꝯteſtari pro ea defendēda uitā intre
pide expoſuerūt. Q đ profecto minime feciſſent: niſi
eiꝰ ueritatē ipſis pene oculis cōſpexiſſent: & quodā-
modo māibus ꝯtrectaſſent. ¶ Itē: uerū uero ꝯſonat:
& falſo oia diſſidēt: ſed aliæ diſciplinæ huic nr̄æ nō
aduerſanť: imo deſeruiūt: ex quo ꝑitiſſimi uiri: & in
ſciētiis q̄buſcūqꝫ exercitatiſſimi nullā ph̄iæ partē ei
repugnare: ſed aptiſſime ꝯuenire ꝯſtātiſſime oñde-
rūt. Iōqꝫ ipſis chriſtiāis unicuiqꝫ diſciplinæ ſtudere
ꝯcediť: qđ minime ꝑmitteret: ſi catholicę fidei detrimē
to eſſet. Quædā ſolūmō ſupſtitioſę: ut diuinat[illegible]
nō minuſqꝫ ꝑnitioſę q̄ inutiles artes pręcidu[illegible] quæ

etiam a pręcipuis philoſophis exploſæ: nec inter ar-
tes: nec inter ſcientias connumeratę: penitus irriden-
tur: atqʒ damnantur. Q đ ſi qua interdũ in philoſo-
phia nobis contraria uidentur: ita aperte a noſtris ſo
luunt: ut liquido conſtet: philoſophiam omnẽ tanq̃
pediſſequaʒ ſacræ doctrinæ famulari: ueritatis enim
ſignum eſt facilis ſolutio obiectorum. ¶ Veritatis in
ſuper natura eſt: ut q̃to magis impugnatur (ſi defen
ſorem habeat) magis eluceſcat: q̃a cũ intellectus ob
iectum ſit ueritas: ad eam naturaliter tanq̃ ad ꝓpri-
am perfectionem inclinatur. Quãto ergo ueritas ma
gis eluceſcit: tanto maiori eam delectatione cõplecti
tur: tũc autẽ ueritas maxime aperiẽ: cum acerrime im
pugnaẽ: quia in cõflictu ipſa per ſe emergit. Cuʒ ergo
doctrina chriſtiana a ſũmis tã philoſophis q̃ tyrãnis
ualidiſſime oppugnata ſemp inſupabilis fuerit: qđ i
finita chriſtianorũ uolumina cõprobãt: ꝯſequẽs eſt:
ut ab ipſo deo tanq̃ oĩno uera ꝓdierit. Alioquin in-
ter tot ꝯflict⁹ aliquãdo ſuccumbens haud tã diu per
duraſſet inuicta.

¶ Ab oratione: & contemplatione chriſtianorum
fidem eſſe ueram. Cap. IX.

QVeadmodũ fides: ac diuini eloquii lectio
audit⁹: & meditatio: eſt uitæ xpianæ pn
cipium: ita inter ea: quæ præcipue uitam
hanc alunt: augent: atqʒ pficiũt: potiſſi
ma ẽ orõ. Ex uſu nãqʒ lõgiſſimi tẽpis in
relligiõe nr̃a cõpertũ ẽ: oẽs ſine ĩtermiſſi-
one orãtes ſupmũ ſanctimoniæ graduʒ euaſiſſe: oẽs
quoqʒ pficiẽtes ſępiſſime orare. Atqʒ ĩ hmõi orone:
cõ[illegible]tiõeqʒ diuina ſũmã in deo ꝯſequi uoluptatẽ:
obq[illegible]cta: quæ ab hoie appeti poſſunt: tanq̃ uilia

inaniaqʒ

inaniaqꝫ contemnūt. Nec id putaris tantum ſapientibus uiris: ſed ſimplicibus quoqꝫ: ac rudibus tā maribus q̄ fœminis commune eē: ac omnibus demum: q chriſtiane uiuere didicerūt: ab hoc itaqꝫ effectu probare poſſumus fidei noſtræ ueritatem. ¶ Primo quidem: cum deus ſit actus purus: & pria ueritas: atqꝫ lux infinita: quanto quis deo propius accedit: tanto amplius ꝑticeps fit diuinæ puritatis: ueritatis: ac lucis: homo autem deo non appropinquat greſſu corporis: uerum puritate uitæ: mentis eleuatione: & cōtemplatione ueritatis. Cum ergo nulla candidior: ac ſincerior uita q̄ xp̄iana eſſe poſſit: cumqꝫ tunc demū mens hominis purgatiſſima efficiatur: ubi per diuinā contemplationem in ſublime rapitur: ſequitur: ꝙ in ipſo orōnis: & ꝯtēplationis actu hō fiat maxime cōpos diuinę ueritatis: ac lucis. Cū aūt inualeſcēte: crebreſcēteqꝫ orōne uideam⁹ chriſtiāos hoīes magis: atqꝫ magis fide: & amore xp̄i ſuccēſos ꝯfirmari: atqꝫ ī uirtute ꝑficere: fateri opꝫ: xp̄ianæ relligiōis fidē diuinā eē ueritatē: ac lucē. ¶ Itē: cū ītellect⁹ ex ſui natura ueritatē tāq̄ ſuā ꝑfectionē deſideret: falſū uero tanq̄ malū euitet: nulla boni uiri diſpoſitio ꝓpinqor fit ad ueritatē ſuſcipiēdā: & ad ei⁹ ꝯtrariū fugiēdū q̄ ī ipſo orōnis: & ꝯtēplatiōis actu: ſed tūc ꝓcipue hāc: ut dixim⁹: fidē: ardent āplectūt: ex quo ſeqtur illā neq̄q̄ eē fallacē. ¶ Oēs īſup xp̄iani ꝑ chriſtū crucifixū ipm ī fine orōnis deū obteſtātes: ī ſupma clauſula plerūqꝫ addūt: per dn̄m noſtrum ieſū chriſtū: uel ꝑ chriſtum dn̄m noſtrū: & tn̄ ab ipſo deo maxima queqꝫ: & īcredibilia impetrant. Quod ſiquis non crediderit: ſaltem concedere oportet: ab illis id (teſte experiētia) impetrari: quod principaliter ītendūt: uitæ ſcilicet rectitudinē:

Hi autem q̃to magis orant: in ꝓpoſito fidei ſolidan-
tur: ratio ergo noſtra ualidior ꝓcedit. ¶ Prçterea: ſi
chriſtus non eſſet deus: credere: & confiteri ipſum eſ-
ſe deum: ſummum eſſet blaſphemiæ ac deteſtationis
genus: ſi aũt chriſtiani per chriſtum obſecrant deum
patrem: quẽ cum ipſo: & ſpiritusſancto credunt unius
eſſe naturæ: q̃uo deus tantum errorem ex ignorãtia
& ſimplicitate conceptum indecenter ſubſtineat: &
ſolita bonitate ſua ſupplicantibus: & illum toto cor
dis affectu querentibus non ſuccurrat? Aut ſi eoruꝫ
ꝑtinatia in culpa eſt: cur impium læſe maieſtatis diui-
nç crimẽ impunitum relinquat? uel ſaltem: cur: ut ui
demus: huic errori: & ipietati fauet? dum plurima:
& ampliſſima dona impartiens: illos ꝓculdubio cle
menter exaudit. ¶ Item: aĩa noſtra: (ut dictum eſt:)
ueritate in primis gaudens: mendacio ꝑturbatur: at
qꝫ confundit̃: nec in eo põt ullo modo quieſcere. Si
ergo poſita fide chriſti ut falſa: abſurdior: ac peſtilen
tior nulla abuſio inueniri põt: q̃uo innumeri hoĩes:
prçſertim iuſti: ac ſapientes in ipſa chriſti crucifixi cõ
templatione uſqꝫ adeo ꝓpter hoc non ſolum oĩa hu-
mana deſpiciãt: ſed inediã: labores: æſtus: impropia:
minas: uerbera: carceres: ac demum ſęuiſſima quæqꝫ
tormẽta: morteq̃ꝫ nõ ſolũ libentiſſime ꝑferant ſed et̃:
ſi deſint: ardent̃ exoptent? Certe digitus dei eſt hic.

¶ A cultu xpianoꝝ exteriori fidẽ eẽ uerã. C.x.

EX cauſis itaqꝫ principalibus uitæ chriſtia-
nç: uidelicet ex fide: & ſacrarũ litterarũ exer
citatione: ac orõne: quibus ipſa concipitur:
nutritur: augetur: atqꝫ perficitur: relligio-
nem noſtram uerã eſſe: ac omni carere falſitate: oſten
dimus: quæ quidẽ cauſæ ſunt internæ. Nunc exter-

nas cauſas tanq̃ p̃cedẽtiũ adminicula pcurremus: ſa crameſta uidelicet: ac cerimonias ipoꝝ ſacramentoꝝ gr̃a inſtitutas: quæ oia ad exteriorem xp̃ianæ relli gióis ptinét cultũ. Et ne ſingulis imoremur: cũcta ſi mul: uelut corpus unũ plurib⁹ ↄſtãs mẽbris: cõplecte mur. Nã cũ oẽs cerimõiæ ad ſacramẽta: ipſaq; ſacra mẽta ad unũ pncipale: uidelicet ad eucharĩſtiã refe rant: res una merito dici põt. ¶ Ad hoc itaq; cultu ri te obſeruatõ uidem⁹ magnũ deuotióis: & ſctitatis i cremẽtũ chriſtiãis puenire. Nã ab exordio noſtræ rel ligionis ad hæc uſq; tẽpora ex archiuis atteſtationi bus: & exemplis: tam priſcoꝝ q̃ recentium patrum: & quottidiana expientia nouimus: q hunc cultum pie: ac fideliter exercentes: & qui quottidie ſacramen ta: diuiaq; myſteria: aut tractant: aut ſumunt: quã prius non habuerant: pfectionem acqrunt: & in dies admirabili fiunt ſanctitate diuiniores: qui uero ſine fide: ac relligione his familiariter aſſueſcunt: efficiũt cæteris hominibus nequiores. Quod: ut priſca omit tamus exempla: p̃cipue in ſacerdotibus: & clericis noſtri tẽporis plane conſpicimus: quibus ſi boni fue rint: nemo melior: ſin uero mali: nemo peior iuenitur. Illi enim ab omni temporaliũ rerum affectu purgati ſoli deo inhęrent: pro cuius amore: ac ueritate mor tẽ ſubire nõ dubitãt. Hi uero ſupbia: inuidia: auari cia ac in flagitiis oib⁹ obruti: eo: ipie uiuẽdo excedũt qđ ẽ oĩum peſſimũ: ut tãq̃ oino pditi neqãt emẽdari: cũ p̃ſerti admõitiõe: rep̃hẽſiõe: adhortatione: & bo nis exẽplis: qb⁹ cęteri reſipiſcũt: magis atq; magis ex acerbent. Hęc cũ ita ſe habeãt: ut q̃ſi oculis p̃ſẽtia ne gari nullo pacto poſſint: q̃rẽdũ ẽ: quanã uirtute: duo iuicẽ ↄtrarii effect⁹ ab hmõi ſacramẽtis: cerimoniiſq;
emergant

emergāt. Duos.n.ↄtrarios effect⁹ab una: eadēq; cā ꝑuenire ꝑpter ↄtrarias materię diſpoſitiões philoſophiæ nō repugnat. Terra.n.ſolaribus radiis indurat: & glacies ſoluit i liquorē: arbor uero fixis humi radicib⁹ uirtute cęli flores: pomaq; ꝑducit: eadē rurſus euulſa pari influxu pœnitus exareſcit. Profecto cū hi duo effectus ita ſint oppoſiti: ut alter eoꝝ ſit optim⁹ in his: q recte (ut dixim⁹) ſacra myſteria uenerātur: alter uero in his: q ſacris abutūt: peſſimus ſit: nō poſſunt ab inani: & falſa cauſa ꝑuenire. Cū in alio hoīum genere id minus appareat: aliam eoꝝ cauſam dare non poſſumus: niſi diuerſū: contrariūq; in illis dei colendi habitum. Si.n. chriſtianæ relligionis cultus exterior ab ipſo deo nō penderet: uirtutēq;: ac ueritatē diuinā in ſe eo mō non cotineret: quo inſtrumēta uirtutem obtinent principalis agentis: nequaq̄ excellentiſſimū chriſtianæ ſanctitatis effectū ꝑducere fauorem: & conſumare poſſet. Hoc ſiquidē per ſe nō efficit: quia cū uita chriſtiana ſit pœnitus ſpūalis: & in parte intellectiua conſiſtat: nō pōt a corporeis inſtrumentis ꝑ ſe ꝑuenire. Quid.n. ad excollēdū aium baptiſma: oleiue ac balſami d'libutio: thuris fumigatio: bucellę: & calicis oblatio: & altaria: cęteraq; huiuſmodi extrīſeca ↄferrēt: niſi ſupioris alicuius cāæ eſſent inſtrumēta? Nā ſi hæc humano cōmento: uel diabolica fraude ad ſupſtitioſum ritū introducta eſſent: nunq̄ a tā prauis: & uanis illuſionibus tā ſctā uita prouenirent. ¶ At quiſpiam forte obiiciat: eiuſmodi cultū nō eſſe pfectionis cauſam: ſed poti⁹ uirtutū exercitationē: & hoīum credulitatē: qua illū diuinū eſſe credūt. Hi eni cū uitia fugare conēt: bonis opib⁹ aſſidue icūbētes: eiuſmodi ymaginatiōe: ac exercita

tiõe in dies magis : magiſq; ꝓficiũt. Nos aũt ↄtra q̃rimus: quare alii ꝓbitatis: & diſciplinæ moralis ſtudioſi: q aut hæc ſacraméta nõ collũt: aut ab eis per interualla temporis abſtinẽt: longe ab illa integritatis meta differũt. Profecto: ſi huiuſmodi cultus inutilis: ac falſus eſſet: quanto qs lõgius ab eius celebratiõe recederet: a ſeipſo illũ abiiciens: tanto in uirtutũ exercitatione moraliũ magis ꝓficeret. Sacerdotes quoq; ex eius irriſione: atq; ↄtemptu nõ deteriores: ſed meliores efficerẽtur: cuius rei ↄtrariũ quottidie experimur.
¶ Præterea: cum deus ſit ſũma ueritas: quãto quis eius luce magis pfunditur: tanto fit deo ꝓpinquior: quanto aũt mendaciis: & erroribus magis implicat̃: tanto fit ab illo remotior. Scimus autẽ eos: qui hæc myſteria pie: ac relligioſe frequẽtant: diuino cultu uehementer adeo delectari: ut ſępe extra ſe poſiti pſiſtẽt attonitis membris imobiles: hoꝝ etiã imutata facies radiis ſanctitatis elucens: ipſos cunctis amabiles: ac uenerabiles reddit. Quod & ſi priſcis tẽporibus multo crebrius q̃ noſtris (ſicut legim⁹) uidebat̃: tñ hodie quoq; pleroſq; ſcimus: & nouimus tali munere prææditos: nec tantum ſimplices: ſed etiã ſapientes. Vnde igitur hæc extaſis? uñ ſedula: & iucunda meditatio? unde feruor ille igniti ſpiritus? & calida ſuſpiria: dulceſq; lachrimę cadẽtes: atq; in hymnis: & cãticis ſua ue ſonantis eccleſię ieffabilis iubilatio? Profecto niſi hic cultus a deo eſſet: ac ſubinde uerus: nuſq̃ plura deliria: ac mẽdacia repirentur: quippe qui tot⁹ figuraꝝ plenus eſt: ac ſignificatiuus. Quicquid ergo in myſteriis: ſacramentis: templis: aris: infulis: ueſtibus: oĩ cerimoniaꝝ apparatu: & pſalmorũ modulatione: ac reliquo ritu ↄtinetur: ad uanitatẽ: & caſſum laborẽ ptineret

tineret

tineret: quæ tñ oīa christi collēdi gratia instituta sūt. Si ergo hic cultus tot fulciretur mendaciis: uir præſertim ſapiens: & pſpicacis ingenii ex meditatiōe horum ſacramentoꝝ tam mirabiliter ad reꝝ diuinaꝝ cōtemplationē nō tolleret: neqꝫ tot: ac tantis cælestibus delitiis repleret. Ex mēdaciis eni (ut pdiximus) incertior fit: & obtuſior intellectus: & p ea ſemp amplius a deo recedit: ergo ex cōtrario effectu dicimus hunc cultū eſſe uerū: & diuinis chariſmatibus plenū.

¶ Ordo etiā: & ſignificatio eoꝝ: quæ in eccleſia geruntur: nō humanū inuentū: ſed diuinā diſpoſitionē eſſe oſtendūt. Nihil eni i hoc cultu irratiōale: nihil inane ē: ſed ſingula ordinē ſuū: ac ppriū obtinēt myſteriū: de qbus modo nō eſt ſigillatim dicēdū: quanq̄ in tertio libro nōnulla p neceſſitate loci breuiſſime ſubtexem⁹. Si qs aūt hęc diligēti⁹ ſcirͣ uoluerit: doctoꝝ explanatiōes reuoluat: & ſingula pēſitādo: finē pſcrutandi non ueniet: dū in his nō minorē ordinē: & harmoniā q̄ in uniuerſo naturͣ ope admirabitͣ: eiuſqꝫ cor latiſſime diffūdetͣ Q dͣ niſi puerſę: & obſtinatę ſit mētis: ac penit⁹ abcecatę: fateri cogetͣ: hęc oia eſſe ab ipſo deo: nō ab hoibus ordinata.

¶ Ab itrinſecis chriſtianę uitę effectibus fidem eſſe uerā Cap. Xi.

Veram igitur eſſe chriſti fidem rationibus ex cauſis chriſtianæ uitæ deductis tam internis q̄ externis pro noſtri īgenii mediocritate probauimus. Nunc iā tempus eſt: ut ad rōnes extructas ſup effectus eiuſdem uitæ trāſeamus. Vnus aūt ex potiſſimis effectibus cōtinuo ſubſequens eſt pax mentis: & gaudium: animiqꝫ libertas. Nam: prę ter ea: quæ noſtroꝝ patrum leguntur: & audiuntur exempla: noſtra ēt tempeſtate cernitur: ueros chriſtia

nos nullis quaſſationum: aut perturbationũ ꝓcellis moueri: ſed magis in confeſſione: & fide chriſti ſtabi les pmanere: & in tribulationibus gloriari. Q ueren dum eſt igitur: unde hi effectus proueniant: ut quan to qs chriſto recte uiuendo magis inhæſerit: tanto maiorẽ libertatẽ: ſerenitatemq; animi conſequatur.
¶ Chriſtiani porro ipſi huius rei cãm hanc adducũt aiunt enim: quoniam ipſa hominis beatitudo in ſola diuinoꝝ cognitione: & contemplatione cõſiſtit: ma- nifeſtum eſt infra deũ in nullo tanq̃ fine ultimo huma nũ poſſe deſideriũ terminari. Quod itaq; chriſtiani quietem animi: pacẽq; poſſideant: non aliunde pro- uenire põt: niſi qa illum ultimũ finem: qui uerus eſt: ſibi ſtatuerũt: unde ſi chriſtianos oẽs de ſupremo fine interroges: deũ eſſe ꝓculdubio reſpondebunt. Q uia ergo mundana oĩa in dei comparationẽ ꝓ nihilo ha bent: ſperantes poſt migrationẽ ab hac uita deũ aſſe qui: & eo frui: quicqd eſt ĩ mundo contẽnunt: & ni- hil faciunt: hinc amiſſis: ablatiſq; tẽporalibus bonis minime ↄtriſtãtur: qn etiam poſthabita uita mortẽ appetunt: ut deũ unicum: ſupremumq; eoꝝ bonum adipiſcantur. Et qa per eſſentiã: pręſentiã: & poten tiam ubiq; deus eſt: in eis eſt ẽt per amorem: & ↄtem plationem: ſicut amatũ eſt in amante. Cum aũt ama tum pręſẽs eſt: animus delectaẽ: & gaudet: ideo chri ſtiani recte uiuentes ex dei pręſentia: quã interne per cipiunt: maximo gaudio afficiuntur. Et quoniam deus eſt infinita poteſtas: ubi ſentiunt deum ſibi pro pitium: nihil prorſus timentes: cętera omnia uilipen dunt: ideo magna libertate: fiduciaque muniti nec blanditiis poſſunt: nec terroribus a propoſito dimo ueri. Sed cum homo hanc animi ſerenitatem: liber- tatemq;

tatemq; naturali uirtute tm̄ propter re℞ ſenſibilium impedimenta:ac debilitatē intellectus aſſequi neque at:neceſſe eſt (inquiunt) ɔfiteri:hanc animi tranqlli-tatem:& pacē aliquo ſupcęleſti dono nobis eſſe ɔceſ-ſam:cuius uigore deus:& ꝓmiſſa beatitudo aſſidue cora; nobis aſſiſtit. ¶ Quod aūt ipſis fidelibus ea ſit pacis:gaudii:libertatiſq; cauſa:uel ex eo plāe ɔſtat: quia cū anima noſtra ſit una:& oēs eius potentiæ in eius eſſentia fundatæ:quotiēs per alicuius potentiæ opationem ꝓrſus occupatur in aliquo:alterius potē tiæ obſequio uti non pōt:ut ſiqs cōtemplationi ual-de intendat:alia℞ potētia℞ officia remittat oportet. Item ſiqs dolore magno afficiat̄:nō poterit ɔtempla tioni uacare. Si ergo chriſtiani uana credulitate:& fi de hac deciperent̄:nulla eos ſupioris cauſæ uirtus in cōfirmatione tāti erroris adiuuaret:atq; ita in puris naturalibus remanerent:qnimo ex hac ueri deprauatiōe naturalia aliquo mō infirmarent̄. Quomodo er go poſſent in maximis calamitatibus:& ꝑſſuris:cor porisq; doloribus pacē:& gaudiū mentis:libertatē q; inuiolabiliter cuſtodire? prſertim qa non pauci: ſed inumeri hoc obſeruarunt. Philoſophi.n. nonnū q̄ unū:uel duos ad ſummū nobis obiiciūt. Nos autē infinitos utriuſq; ſexus in toto terra℞ orbe eis oppo nere poſſumus:qui hanc animi tranqllitatē:& liber-tatē in tribulationibus:ac doloribus maximis poſſe derūt:xp̄m crucifixum tantūmodo inuocantes:& to to corde laudātes. ¶ Inſup tam maio℞ experiētia q̄ noſtra ꝓbauimus ex incremento fidei:& ſāctimonię uitæ chriſtianę pacem:& gaudium:ac libertatem au geri. Quod certe euenire non poſſet:niſi fides:ſpes: eorumq; profeſſio uera eſſet:certumq; inde bonum

expectaretur. Quo enĩ magis ꝓficit homo ĩ rectitudi ne uitæ: eo amplius in cognitionẽ ꝑducit: ueri ac bo ni poſſeſſionẽ: cõtrariis euitatis. Ideoqꝫ ſi chriſtian⁹ uerũ bonũ ñ cõperiſſet in ꝓfectu huius uitæ: minime eius gaudiũ augeretur: ſed eo magis decreſceret: q̃to plus cognoſceret ſe eſſe deceptũ. ¶ Hoc aũt maxime cõfirmat ex uita relligioſoꝝ. Nã ut præterita omitta mus: quæ ſcriptis noſtris ↄprehendi nõ poſſent: quot tidie cernimus innumeros tam maſculos q̃ fœminas perfectioris uitę ſtudio ad acta clauſtralia ſe transferẽ tes: parentibus: cognatis: amicis: cunctiſqꝫ diuitiis: & uoluptatibus una cum propria libertate relictis: ignotis: & alienigenis ſociari: quib⁹ ita omnino ſubi iciũtur: ut quo ad exteriora bona: ideſt facultates nil eis concedatur: præter illa: ſine quibus uita humana tranſigi non põt: pro ſupioris tñ arbitrio in diẽ ꝑmu tanda: uel auferenda: utpote ſingulis ĩcerta: cũctiſqꝫ cõmunia. Quo autẽ ad bona corporis: incorruptã ca ſtitatẽ mentis: corporiſqꝫ cuſtodiũt: uigiliis: ieiuniis: & abſtinentiis carnẽ macerantes: omnemqꝫ ſenſuum petulantiam reſtringentes. Quo inſuper ad bona ani mi: quorum præcipua eſt libertas: omne a ſe ſponte uoluntatis arbitrium abdicantes: ad idẽ uelle: & nol le cum ſuperiore ſuo perpetua obligatione tenentur. Cumqꝫ omnia bona amiſerĩt: quibus mortales oble ctari: & gaudere conſueuerunt: ita iocunde: & hilari ter uiuunt qcunqꝫ huic perfectioni aſpirant: ut in lau tiſſimis delitiis eos degere putes: atqꝫ indies magis proficiendo tranquilliores: & alacriores euadunt: in ſolius crucifixi hymnis: ac laudibus exultãtes. Quos ſi interroges: cõfitebuntur unanimes omne ipſorum oblectamentum: & gaudium i chriſto ieſu: & i n his:

quę

quæ ab eo pendent: eſſe collocatũ. ¶ In primis itaq; dicimus: nõ poſſe quempiam rationibus ullis argue/re: hoc ex ſtultitia prouenire: qñquidẽ hoc ipſum nõ humiles: ac ſimplices uiri tantum: ſed complures pru dentia: atq; doctrina excellentiſſimi factitarunt: qui errorem hunc(ſi modo error is eſſet) facile diſcerne/rent: cum propter ipſorum ſapientiam: tum propter uitæ rectitudinẽ: quoniã cum ſapientia & bonitate fraus & dolus conuenire: & perſeuerare non poſſent.

¶ Prçterea: cum huiuſmodi uiri ad perfectionis api cem ſemper ſtudeant peruenire: nec maior ulla perfe/ctio q̃ ea: ad quam illi contendunt: inueniri poſſit: ui ta ſcilicet relligioſa chriſtiana: in qua ſupremus perfe ctionis gradus habetur: ſequitur: ut nulli hominum ſint eis aptiores ad ſupnas illuminationes ſuſcipien/das. Si ergo fides chriſti uera non eſſet: iam per tot tẽ pora in tã magno: uarioq; cõditionũ ɔcurſu: ſaltem ab huiuſmodi uiris uanitas: & fraus hæc fuiſſet de/tecta. Nec poſſent tales: ac tanti uiri in ſuprema ani/mi ſeruitute libertatem: tranquillitatemq; ſeruare: & ſingulis horis letari: ac exultare: cuius rei contra/rium plane conſtat. Hi namq; ſuper omnes alios fidẽ tũ uerbis: tũ expimẽtis etiã ɔfirmarũt: ſcriptiſq; ɔfir mãt: tãq̃ liberi ſub dei gratia ɔſtituti magno gaudio pfruũtur: procul igitur oĩs eſt a fide chriſti deceptio.

¶ Oĩs inſuper cauſa ex bonitate: qua ſeipſã diffun/dere deſiderat: ad finem quo ad fieri poteſt ſuũ diri/git effectũ: præſertim quãdo effectus ad eã ɔuertit. Cui quãto magis appropiquat: tanto magis in eo qe ſcit: & delectat: ſed de⁹ eſt ſume bonus: ſuç; bonita tis libẽtiſſim⁹: ac largiſſim⁹ impertito c: ergo oẽs: qui ad ipſũ ɔuertunt effectus: diriget ad ꝑprios: ac meri-

tos fines:ut in eis deniq; ɔquieſcant. Cũ aũt nulla in tenſior ad deum ſit conuerſio q̃ eiuſmodi probatorũ relligioſorũ:ipſoſ quoq; ad finẽ uitæ diriget opera tũ:in quẽ pacẽ:fruitionemq; ɔſeqtur. Hi uero quotti die proficiendo in orthdoxa fide uehementius confir mati:in quo ipſo chriſto gaudentes penitus cõquie ſcunt:ut ipſum lucrifaciant: reliqua omnia:ut uiliſſi ma poſthabẽtes. Ergo patet eã omni fallitate carere alioqn ex directiõe illa diuina ab hmõi falſo mentis gaudio magis magiſq; recedentes: ad ueram: opta tãq; quietem perducerẽtur. ¶ Omnis itẽ letitia in ali quo amore fundatur:amor enim eſt primus actus ap petitus;& uoluntatis:a quo cęteri actus proueniunt cũ ergo letitia:mẽtiſq; iubilatio:quæ ex facie horum hoium nõ diſſimulãter apparet:in nullo fluxu:fragi liq; uel naturali animæ bono cõſiſtat:ſed eã uno ore: cõmuniq; conſenſu ab amore ieſu criſti crucifixi depẽ dere oẽs affirment:hæc profecto letitia non poteſt in aliquo errore:aut uano amore fundari:quia tãto am plius deficeret:quanto tales uiri rectius: ac ſanctius uiuerẽt. Vt enim dictum eſt:ſi nulla eſſet chriſti fides apertius in dies pciperent: ſe tãquã nihil amantes pe nitus eſſe deceptos:atq; inde triſtiores efficerent. At morum honeſtas:uultus hilaritas:& refulgẽs in frõ te ſanctitatis ſpecimen:pp quod apud oẽs potiſſimũ uenerantr: longe aliter eẽ oñdit: dũ illos ſẽp felici ſuc ceſſu alacriores ĩtueri licz ac iucũdiores. ¶ Ab extrin ſecis xpiãæ uitę effectib⁹ fidẽ eẽ uerã. Cap. XII.

Alius inde effectus ex chriſtianorum uita col ligitur ex interiore hoĩe maxime apparẽs tã in moribus q̃ in ipſa idole diuinum pariter redolẽs qddã:propter qđ multi eos reuereri

& quodāmodo collere ipellunt:unde ſuperbos: atq; feroces aīmos uenerandus humiliū aſpectus cōpeſces ſæpe deterruit. Q d' de Attila Hunnorū rege imaniſſimo:ac potētiſſimo legit:quem nulla hominū ſtrage expletū: hoſtiliq; acie iperterritū beati Leonis pōtificis oratio iuxta Rauenā ab Italia ſūmouit. Atq; is prçter ipſius morē non ſine magna ſuorū admiratiōe nō ſolū pōtificē ipſum uenerari:ſed etiā iperanti quodammodo obtemperare uiſus eſt. Sic & Totila Gottorum imperator ſcuiſſimus innumeris generi humano cladibus illatis:regionibuſq; uaſtatis ſancti Benedicti:pauperis :cui⁹ monachi intuitū nō ſuſtinens: mox in facie procidit:uixq; dei ſeruo iubente: ac ſub leuante ſe ſe erexit. Theodoſium uero imperatorem mediolanum a cæde theſſalonicenſi reuerſum Ambroſii epiſcopi obiurgantis auctoritas ab ingreſſu tēpli coercuit:iniunctaq; pœnitentia ſalubriter expiauit. Deus me ante deficiat q̄ pclara complurium exēpla afferī ualeā:ſed qd' aſſidue ī promptu cernit̄ pbare nō expedit. Sæpe enī uidim⁹ arrogātes: ſceleratoſq; hoīes corā ſāctis uiris aīos: & uerba mutaſſe: intimaq; cordis cōpūctione uitā ī meli⁹ reformaſſe. Diuinus enī ille ſp̄s tā mares q̄ fæminas: iuuenes qdē mira uenuſtate: ſenes aūt uenerāda canicie foris exornat: ac pro re ipſa modo amabiles: mō formidabiles reddit. ¶ Huius ergo effectus cām eſſe dicim⁹ pulchritudinē aī ſupnaturalē :ideſt grām dei:itellectū: & uolūtatē: aliaſq; aniç ptes decorantem. Quod hic pz: aīa ſi qdē nr̄ a p iaginationē uehemēt alterās corp⁹: faciē: oculoſq; cōmutat: ut ex cognitione uenerea corp⁹ ad libidinē iclareſcit: ex penſitatiōe aūt odii ad uindictā aīus accēdit: unde imaginatio :ſicut expiētia patet:

multũ alteratiõis inferre corpi ſolet. Ex alteratione aũt ſenſibilis appetitus :& cõmotione ſpirituũ ſtatim facies imutat̃:ex timore ſiqdẽ palleſcũt hoĩes : ob ira cũdiã uero:ac uerecũdiã rubore ꝑfudunt̃: leticiã quoq;:ac triſtitiã facile uult⁹ oñdit. Quia ergo itellectus noſter corpeis utit̃ iſtrumẽtis:& organis:ↄceptus ei⁹ ꝓſertim:ſi fuerint uehemẽtes:redũdare in corpus cõſueuerũt:ꝓcipue in facie:& oculis apparẽtes: ſuꝑbos enim arrogãti inſpectiõe:crudeles torua oculoꝝ acie leues mobilitate oris:& corpis:impudicos laſciuo aſpectu cognoſcimus:quędã et maleficæ anus cõtagio ſo obtutu inficere:ac faſcinare infãtes ꝑhibent̃:mentis deniq; habitus boni uel mali:ꝓſertim penitus infixi:uix ulla ſagacitate diſſimulari queunt :quin foris innoteſcãt. Cũ itaq; oẽ agens agat ſibi ſimile : & oĩs effectus ſuã exprimat cãm: non põt chriſtianoruꝫ decor exterior:& honeſta:ac reuerẽda morũ ſpẽs niſi a pulchritudine ai æ:& ab integritate uitæ ꝑuenire. ¶ Quæ qdẽ tãtę uirtutis eſſe quottidie cernimus : ut ad peccatoꝝ cõuerſionẽ nihil iueniat̃ ſalubrius : & efficatius:ſicut expientia plane cõſtat. Expti enim ſumus ſimpliciũ chriſtianoꝝ:recteq; uiuẽtium exẽpla multo plus hoĩbus ꝓfuiſſe : q̃ ꝓhoꝝ:aut eloquẽtium hoium uoces:uel audita:ſeu uiſa miracula. Nã ſæpe uidimus diſertiſſimos:ac doctiſſimos uiros ſublimia ꝓdicantes:ſũma cũ attẽtiõe libẽtiſſime audiri:eorum tũ uita uerbis nõ reſpõdente:paꝝ eos:uel nihil eccleſię ꝓfuiſſe:ſed ſuę tm eloquẽtię laudẽ :ac ſapiæ reportaſſe. Maioꝝ quoq; : noſtriſq; tpibus miracula plurima extiterũt:q paꝝ nihilominus emẽdatiõi uitæ ꝓfuerũt:nã maximã hoĩum frequẽtiã ad illa ↄfluere uidimus:ſed cũ diligẽtius ſæpe fuerim ꝑſcrutatus : nihilo: uel

hilo: uel paulo meliores euaſiſſe eos accepi. Ex pfecta aũt xpianoꝝ uita ĩnumeros ſcimus: & uidimus compunctos: ad deũq; ɔuerſos: nec ſimplices tm̃: ſed prudẽtes: & eruditos: quoꝝ plurimi bõe famæ: ac ſc̃titatis odore correpti: mundi illecebris: ac uoluptatibus ſpretis ad ſc̃tẽ ſocietatis cõtuberniũ mõaſteria cõuolarunt: ibiq; poris uitæ multũ pteſi: iocũdiſſime: ac ſinceriſſime uiuũt. ¶ Ex his itaq; manifeſtũ eſt: chriſtiãis aliquã ineſſe uirtutẽ: qua tã admirabiles ꝓducunt effectus. Corpus nãq; per ſe nõ agit i ſpũtũ: cuius ſignũ eſt: ꝙ aliq̃ corpa maxime formalia: ut cęleſtia: nulla uirtute corpea patiunt: nã cœlũ ab igne ſibi ꝓpinquo nõ patit: multo minus ergo ſp̃s per ſe a corpe patiet. Cũ ergo quę ex uita xp̃iana uident exterius: corpea ſint: nõ p̄nt hæc corpea per ſe in alicui⁹ agere aĩam: ut eã ad tale bonũ cõmutẽt: niſi per illam uirtus aliqua ad aĩam traducat. Sed i catholico: probatoq; uiro eminẽs: ac p̄cipua uirt⁹: a qua recta uiuẽdi iſtitutio: exteriorq; pulchritudo: ſãcta ꝗ; ɔuerſatio ꝓuenit: eſt imaculata fides: & amor chriſti crucifixi. Ipſa eni fide ſimul: & amore creſcẽtibus: exterior etiã pulchritudo: ac ueneratio auget: atꝗ; ad ɔuertendos homines maioris eſt efficatiæ. Nõ põt ergo hæc fides quæ per dilectiõnẽ opatur: eſſe deceptio: cũ uirtute falſitas careat: quæ cor hoĩs penetrare nõ põt. ¶ Veritas inſup eſt falſitate potẽtior: ſed nullũ unquã remediũ ad bñ: beateꝗ; uiuẽdum efficatius eſt inuentũ q̃ uita xp̃ana: ſicut phoꝝ: & alioꝝ hoĩm collatiõe docemur: quoꝝ doctrina: & exẽplis p̄q̃pauci ɔuerſi ſunt ad bene uiuendũ: ex chriſtianorũ aũt uita innumeri quottidie ſurgũt: & ĩcõtaminatã uitã ducũt. Huius igr̃ uitæ radix falſitas inanis: & uacua eſſe nõ poteſt

alioqui ex doctrina poti⁹: ac moribus philoſophoꝝ q̃ xp̃ianorũ exemplis hoies ad emẽdatione uitę reuo/caretur: quod expimeto falſũ eſſe depręhẽdit. ¶ Pręterea: cuꝫ deus ſit primus motor: ſine quo nil moueri poteſt: & ipſe oia ſapiẽter agat: nobilioribꝰ cauſis nobiliores cõmendat effectus: nobiliſſimus aũt effectus eſt chriſtianoꝝ uita. Cũ igitur pręter exhortatiões: & ſpirationes internas maxime deus hoies ad hanc ex/citet uitã per ↄſpicua fideliũ exẽpla: ut ſimile generet ſibi ſimile; ſicut ſol: & homo generãt hoieꝫ: neceſſe eſt dicere: ꝙ pfectus chriſtianus ſit cauſa nobiliſſima: & optimũ iſtrumentũ ad huiuſmõdi effectuꝫ pducẽdũ: non ergo uirtus illius inſtrumenti deo cooperãs eſt aliqua falſitas: ſed ſũma ueritas. Hęc aũt uirtus ẽ fides flagrãti charitate ſuccẽſa: ut dictũ ẽ: fides igiť uera ẽ.

¶ Ab admirandis chriſti operibus: & primum a potentia fidem eſſe ueram. Cap. xiii.

PRobauimꝰ iã fauẽte deo ex mãifeſtis effectibꝰ & i orthodoxa eccleſia quottidie apparẽtibus xp̃ianæ fidei ueritatẽ. Quãuis autẽ plura alia poſſent argumẽta ad eius cõfirmationem ſupinduci: ut tñ perſtricta breuitate placeamus: aggrediemur rationes ex eis ef/fectibus ellicitas: q præteritis tẽporibus apparuerũt: quos eſſe ueros uniuerſus orbis aſſeuerat. Quemad/modũ igiť philoſophi ex iis: quę in rebꝰ naturalibus cõſpexere: cauſas reꝝ inueſtigarũt: nos quoqꝫ deſcriptuꝫ ſupius chriſti triũphũ e regiõe pponemus: & ipſorũ effectuũ cauſaꝫ: q̃tũ ad rẽ ptinebit: exactiſſime perſcrutabimur. Et ſicut philoſophi naturã reꝝ inſpiciẽtes ex magnitudine: miroqꝫ ordine: & perfectione totius orbis eã cauſam eſſe deũ intellexerunt: quæ cæte

ris potentior:ſapientior:ꝑfectiorq́ʒ exiſtit:quã primã
nuncupauerunt:primũq́ʒ reꝝ principiũ : ac motorẽ:
ita nos inſpecto chriſti crucifixi triumpho ipſũ oſten-
demus oĩum aliarum relligionũ diis fuiſſe: & eſſe ſu-
pra q̃ comparari poſſit:potentiorẽ: cunctiſq́ʒ aliis ma
iora:ac meliora opera effeciſſe:ſapiẽtia quoq́ʒ : ac bo
nitate inexcogitabili : & immenſa eos in infinitũ ſu-
peraſſe. Ex quo perſpicuum erit : ꝙ hic deus magnus
dominꝰ:& rex magnus ſuꝑ oẽs deos. ¶ Exordiamur
itaq́ʒ ab iis ẽt q̃ ad potentiam ꝑtinẽt poſitũq́ʒ añ ocu
los triũphũ ĩ memoriã reuocemꝰ: atq́ʒ ita arguamꝰ.
Aut hic ieſus nazarenus crucifixus : quẽ adorãt chri
ſtiani:eſt uerus deus: & prima omnium cauſa:aut nõ
eſt. Si primum detur:ſoluitur diſputatio: quia ſi ẽ de
us:oportet fidem chriſtianam: & uniuerſam eius do-
ctrinam:atq́ʒ relligionem eſſe ueram. Sin autẽ ſecũ-
dum:ſequitur:ieſum nazarenum fuiſſe ſuꝑ oẽm arro
gantiã iexcogitata ſuperbia nefandiſſimũ:qui purus
homo:mortaliſq́ʒ cũ eſſet: ſe deũ maximũ exiſtimari:
& ab oĩbus adorari uoluerit: ex quo eum mendaciſſi
mũ:peſſimũq́ʒ dicere oporteret. Quin ẽt pari argu-
mẽto ſtultiſſimũ:ꝙ talẽ:tãtãq́ʒ ꝓuintiã fuerit aggreſ
ſus. Quid. n. magis rationi cõtrariũ:quidue inſanũ:
ac ridiculũ magis inueniri põt: q̃ ꝙ humilis : & men-
dicus hõ abſq́ʒ armis: atq́ʒ opibus ullis inexpolitæ
ſolũ:ac nudæ linguæ mucrõe imo potiꝰ horrẽdę mor
tis ſupplicio ꝯtra diuinã maieſtatẽ ꝯtẽdere auſus ſit.
Atq́ʒ illi debiti honoris ſpolia detrahens: ſimul oẽs
hoĩes tã potẽtes q̃ ſapiẽtes:ibecilles quoq́ʒ : ac rudes
noua: & inaudita relligiõe iuoluere tẽtarit? Ac ſimul
omnes aliorum deorum cultus: & ritus demoliri:mũ
dũq́ʒ uniuerſum tot antea ſęculis certis legibus : in

ſtar currẽtis fluuii aſſuetũ: alio ſtatuiſſe diuertere: ac penitus imutare: ſeq; inſup ut deũ colli iuſſerit? Id q; nõ ſolũ in uita: ſed multo amplius poſt eius acerbe ne cis ↄſumationẽ? ea lege: ut ipſũ mortales ñ mõ dilige rẽt: & adorarẽt: ſed repugnante natura difficillima: quæq; ac pr̃ſus intolerabilia ob eius amorẽ pateren tur? Ac deniq; nulla penaꝝ atrocitate deterriti: mor tẽ ipſã ultimũ terribiliũ perq̃libẽter ſubirẽt. Hic ego te ſane iterrogẽ qſqs es: ſiqs mortaliũ hæc ſe facturũ policeat: aut aĩo ꝛuoluat: & pectoris archanũ ſui tibi apiat. Quidnã queſo: quid diceres? Nũ aliũ queq̃ in ſanire magis putares? Nõne eo maiore chachĩno ſub ſannãdũ: quo minus hæc fieri poſſe iudicares? Si igi tur ieſus nazarenus nõ ſit deus: qua ope fretus iſipi ens: ſacrileguſq; ſeductor ↄtra patrias leges: ↄtra p̃n cipes: ↄtra ſapiẽtes: & aduerſus uniuerſũ terrarũ or- bẽ reluctãtẽ: contraq; infernas: & ſuperas poteſtates deniq; ↄtra ſupremũ oĩum ↄditorẽ adeo dimicãdo p̃ ualuit: ut coequalis deo habitus ſit: & pari ueneratio ne receptus: ac p̃dicta oĩa inter tot repugnantia tam lõgo æuo iſupabilis obtinuerit? Cur o iudeĩ deus ue ſter: mũdi rector: & cuſtos: tantũ ipietatis facinus p- miſit inultũ? Hic ego uos gẽtiles appello: cur hũc dii ueſtri nõ expulerũt? Quo hic adeo deſpectus hõ: cru ci affixus: & mortuus: eã uim poſt ſe reliq̃t: ut tot: ac tãta peperit? Quis unq̃ eoꝝ: q pro diis habiti ſunt: ne dicã hoĩum: huic fuit cõparãdus: cũ eoꝝ rixę: ſacrile gia: & inceſtus ẽt apud ſuos cultores nefaria exiſtimẽ tur. ¶ Vides ne q̃ impudẽter qdã apollonium thyane um xp̃o nr̃o cõparare ſint auſi? Quis uero pythago rã: Socratẽ: Platonẽ: reliquoſq; phoꝝ p̃ncipes: uel ẽt Alexãdrũ: Cæſarẽ: cæteroſq; reges: ac impatores ex cellẽtiſſimos

cellentiſſimos: & clariſſimos uiros ei ɔferre poſſit? cū eorū nemo deū ſe fecerit: nec ſimul omnes minimū qppiam in comparatione chriſti: uel eius diſcipulorū peregerit. Quid uero magnus uerſutiſſimus ille dux arabum machimetes effecit? Hic ꝑfecto nunq̄ ſe deū aſſeruit: qui tamē uerbis: & gladio præpotēs armis: & muneribus: & laſciuienti uoluptatū licentia: bar baram: imperitamq; multitudinē ſibi adiunxit. Nō ne & ipſe chriſtum honorifice confeſſus: nihil ſup hu manas uires: atq; uerſutias præſe tulit: talis nempe non fuit ieſus nazarenus. Nemo enim unq̄ mortaliū ad credendū: ac pagēdum difficiliora q̄ chriſtus ipſe propoſuit. Mandauit eni: & uoluit ut eſſe de9 trinus crederet: uidelicet pater: fili9: & ſpiritusſāctus: unus deus in tribus pſonis: realiter diſtinctis: quæ tamen in ſubſtantia: & eſſentia ſunt unū: & ſimpliciſſimū eſ ſe. Vult etiā credi: ſe eſſe deū filium dei: unū cum pa tre & ſpiritu ſancto: et ipſum eſſe uerum hominē uir ginis mariæ filiū: quam pariter uult adorari tanq̄ ue ram dei matrem. Crucem quoq; olim reorum triſte ſupplicium in ſūmo honore: & ueneratione haberi: tāq̄ ſignum noſtræ ſalutis potiſſimū. In ſuprema inſuper cena ppetuo teſtamento mandauit: ut credatur: exi guam panis bucellam: & modicū uini poſt pauca cō ſecrationis uerba: ſubſtantialiter: non uariatis tamē accidentibus: in ipſius corpus & ſanguinē ueriſſime trāſmutari: utq; ſic ea libamina adoremus: & i cibū potūq; ſūmamus: uelut cæleſte uiaticum: per qđ pol licitus eſt nobis uitā ęternam. Neminē quoq; niſi re natum ex aqua & ſpiritu ſancto regnum dei ingredi poſſe. Præcepit etiā ut ſcripturę ſuę abſq; ulla dubie tate: uel derogatione ad unguē inuiolabilis fides ha

beat: nõ obſtãtibus multis humão itellectui difficil-
limis: et hæc oia niſi qs crediderit: ſaluari non poſſit.
Nec ſufficit hoꝝ firma: & ↄſtãs fides: ac ueneratio: ni
ſi inuiſibilia diligẽtes uiſibilibus ↄtemptis quaſlibet
pfectiões patiẽter ſuſtineamus (In patiẽtia eni ueſtra
poſſidebitis (inqt) aias ueſtras) Idẽ ſuis in hac morta
li uita ꝓmiſit non diuitias: non honores: nõ dignita-
tes: qnimo ꝓſus ↄtraria oia: uidelicet pauptatẽ: igno
miniã: depræſſionẽ: amplius quoq;: inſultus: uerbera
exilia: carceres: agones: atq; ſupplicia: quibus ipſius
gratia tolleratis: ineffabilẽ nobis beatitudinẽ polli-
cetur. Proponens humanũ captũ excedẽtia: ut puta
gloriã in cœlo cũ angelis: & corpoꝝ reſurrectionẽ: q̃
nec oculis uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis
aſcẽdit. Hi nihilominus ita ſe habẽtibus qcqd uoluit
cõſecutus eſt: pugnãte ↄtra eũ toto orbe terraꝝ. Nã
ex oi hoĩũ gẽere: atq; ↄditione inumeri hæc hoies ita
ſuſceperũt: ꝓſecutiq; ſunt: ut uitã q̃ fidẽ deſerere ma-
luerint. Reges quoq;: & principes (ſicut etiã nũc uide
mus) eiuſdẽ fidei iugo humiliter iclinati iſimis ei⁹ mi
niſtris puerunt ¶ Ponamus itaq; añ oculos noſtros
xp̃m pauperẽ: creditũq; oli fabri lignarii filiũ: & ſuo
tpe deſpectũ: et qd cogitet eũ iterrogemus. Reſpõ
deat aũt. Ego inq̃ paup: ac mũdi ueluti iquilinus ſta
tui uniuerſũ meis legibus orbẽ renouare: ea itẽtione:
ut hoies me tanq̃ deũ ueꝝ: unũq; cũ patr̃ & ſpirituſſã
cto ꝑrſus adorẽt. Vt crucẽ: in q̃ iter latrones medius
oprobrioſo miſerãdoq; ſupplicio ↄfixus moriar parit
collãt. Atq; poſt mortẽ hãc turpiſſimã oia tormẽtoꝝ
meoꝝ inſtrumẽta: ueſtigiaq;: ſũma cũ reuerẽtia deoſ-
culentur: cũctis ꝓlata theſauris clariſſime: ac hono-
rificẽtiſſime recõdant. Ac ſup cætera ſacrificiũ panis
& uini:

& uini: hoc ipſũ corporis: & ſanguinis mei eſſe ſubſtã
tiã credentes deuotiſſime uenerẽtur. Ac ſacris baptiſ
matis unda aias credãt oi pectoꝝ labe mundari: ſeq̃
olei: & balſami unctione ſanctificari. Poſtremo i nul
lo fas ſit meæ doctrinæ d'rogare: ſꝫ uſq; ad minimũ
apicẽ integrã: inuiolatãq; accipiãt: & obſeruẽt. Inſup
matrẽ meã icorrupta: & ꝑpetua uirginitate ſanctiſſi
mã ſpeciali prærogatiua ſup oẽs angeloꝝ choros eue
ctam poſt deũ: ut mũdi reginã: & dominã honorẽt:
ac deprecẽt. Diſcipulos quoq; meos ex piſcatoribus
electos ſupplicibus uotis ꝓſequant: eorũq; oſſa: cine
res: ac reliquias oẽs adorent. Talia pauperem hũc co
gitantẽ: atq; enarrantẽ: nõne ut ſtultũ riſu dignũ cen
ſeres? ¶ Si te ꝑterea irridente ꝑſeueraret dicens. Vo-
lo: ut non ſolum q̃ dixi firmiſſime credãt: ſed ut ii ob
hanc cauſam cõtinentiſſime: ac rectiſſime uiuant: &
propter inuiſibilium ſponſionẽ a me traditã terrena
oĩa: ſenſibiliaq; poſthabeant. Atq; ipſoꝝ in me ardẽ-
tiſſimi amoris gratia ægeſtatẽ: ſitĩ: famẽ: labores: erũ
nas: cruciatus: mortem deniq; ſeuiſſimã q̃ auidiſſime
patiãtur. Hęcq; potius eligant omnia: q̃ meę doctri
næ uel minimum iota negare: nõne huiuſcemodi ho
minem mente captum: aut extra ſe poſitum putares?
Sed ſi adiiceret. Volo hæc oĩa toto ĩuito mũdo ꝑfice
re: nam ꝯtra reges: & pricipes: ꝯtraq; oẽs ſiue deoꝝ: ſi
ue hoiũ relligiões: ac ſectas: ꝯtra ẽt tartareas poteſta
tes pugnare itendo: ex his oĩno palmã: ac triũphũ re
portaturus. Certe in effuſiorẽ riſum ꝓrumpes. ¶ At
ſi iterrogat⁹: qua fiducia: q̃bus armis hæc efficere ue
lit: idẽ reſpõdeat: nõ aliis q̃ linguæ meæ: meorũq; di
ſcipuloꝝ prædicatiõib⁹. Sed q̃a eloq̃ẽtia plerũq; ad
ꝑſuadẽdũ uim magnã habet (neq̃d ſuis in opibus ſa

eundię lenocinio tribuatur) illā dicat a ſe penitus alie
nam: & ſe: ſuoſq; miniſtros: nulla arte uerbo℞: ſed ſo
brio: & ſimplici eloquio hoc effecturos. Maiori nem
pe inſanię id aſcriberes. ¶ Si uero idem ſubiungat.
Scio ꝓpter me infinitam hominū multitudinem peri
turam: ſed q̄to plures morientur: tanto maior ſubcre
ſcet credentiū numerus: & fides mea ꝓpagabitur in
uniuerſis finibus terræ. Meorum enim martyrū ſan
guis tan q̄ ſemen in maximū prouentum redūdabit.
Vni præterea ex his piſcatoribus: ciuſq; nunq̄ ſuc
ceſſoribus de futuris: hereditate cōtinua: tradā ſubli
mis regni perpetuū; ſceptrum. Superbam quoq; ur
bem mundi dominā: ipſumq; imperatore ad deoſcu
landos uicarii mei pedes incuruabo. Oh: ſi hæc nar
rātem audiſſes: quibus nam furiis: ne dicam inſania:
eum hominem laborare putares: quibus ue chachin
nis obſtreperes. ¶ Cogita præterea hæc addentem.
Infiniti de me libri ab excellentiſſimis: & doctiſſimis
uiris conſcribentur: qui me: doctrinamq; meam prę
dicabunt: eāq; ſuper oēs alias extollentes totis uiri
bus tuebuntur. Sacerdotes uero mei pręcipua in po
pulis reuerentia: ſolēni deniq; apparatu: pompa: &
cereis accenſis: eandem doctrinā pronunciabūt: quē
intento ore: humiliq;: & nudato capite audient aſtā
tes. Nonne hæc uaniſſima tibi ſomnia uiderentur?
Cōcludat hic demū. His tātū ꝓculdubio q̄ recenſui:
armis iſtruct⁹ ꝑdicta oīa ꝯſequar: iſupabiliq; manu
uictor euadā. Mihiq; totus terra℞ orbis obtempa
bit: nec quiſq̄ ꝯtra ſtabilimētū meę relligiōis ꝑuale
bit in ęternū. ¶ Talia nēpe illo aſſeuerāte nō hoc ho
minibus uniuerſis: nō naturæ: nō toti cœleſti machi
næ: ſed ſoli deo diceres op⁹ eē poſſibile. Cū ergo hęc

omnia

oia iam expleta cernam?: manifeſtũ eſt: id diuinæ maieſtatis tãtũ op? fuiſſe: hácq; xp̄i fidē a ſolo deo eſſe ↄſtitutã. Nũqd.n. magoꝝ: aut philoſophoꝝ qſpiã: aut machumetes: aut alius regũ potētiſſim? talia geſſit: aut aliqs deus gẽtiũ: & nationũ huic ↄparãdus eſt? Hmõi qppe geſta a ſęculo nõ ſunt audita: erubeſcãt itaq;: & ↄfũdant: q de chriſto infideliter ſentiũt. ¶ Neq; uero dici põt: caſu hæc eueniſſe: cũ & pphetæ: & ſibilla multo ãte hæc euētura pdixerint id: qđ antiq: ac fidelia: & iudeoꝝ: & gentiu; monumēta teſtant: i qbus ſcribitur: nõ ſolũ hæc ab ipſo deo: ut futura reuelata fuiſſe: ſed illa ſe deũ oino promiſiſſe facturũ. ¶ Pręterea: ſicut in naturalibus quædam cauſæ ſunt neceſſariæ: q̃dã ut in pluribus: quædã indifferentes: ita & in ratiocinationibus per comparationem ad intellectum: quædam ſunt neceſſariæ cogentes penitus intellectũ ad aſſentiẽdũ: quæ demõſtratiões uocant: quædã ãt dialecticæ pbatiões dicunt: intellectũ nõ ſemp: ſed plurimũ iclinãtes: qbus tñ firmiter ille uinciri nõ põt: quædã uero ſũt ita debiles: ut uix tenuē aſſenſũ inducant. Quãuis ergo i reb? infinitis: ut in mathematicis inumeræ ſuppetãt demõſtratiões: in naturalib? tñ paucę iueniunt: ſed in reb? eminētiſſimis: qn ēt in moralib? fere nullæ demoſtratiões habent: adeo. n. debile eſt nr̃i lumē itellect?: ut pprias reꝝ drias ignoret. Phi. n. accidētib? pro differētiis utunt: iõ ēt diffinitiões reꝝ pprias ignorãt. Cũ ergo qđ qd eſt: ſiue diffinitio demõſtratiõis ſit mediũ ſeqtur aut nullas: aut pauciſſimas in naturalib? iueniri demõſtratiões. Quare ualde difficile eſt: hois itellectũ in naturalib?: & moralib? ſciētiis ſtabilire: multoq; magis in metaphyſicis. Sed multo difficili? eſt

intellectum ſimul cōuertere: & affectū ad ſe trahere: & a uitiis ad uirtutes īmutare. Cū enim ſenſus ſpiritui: ac rōni maxime aduerſet: opoſum eſt ualde: ut intellectū ſequat affectus. Oium uero difficillimum eſt utrūq3 cōcorditer adeo terminare: ut bonoꝝ operꝝ fructus inde ꝓueniat: ad extremūq3 ipſū uſq3 uitæ pſeueret. In oi. n. phoꝝ dogmate: quot capita: totidē uidemus opiniones: eorūq3 pauciſſimos id amare qđ docēt: ſed eoꝝ fere nemīnē bonis opibus incorruptū uacaſſe uſq3 ad mortē: qđ ſiqs apud eos talis inueniat: pro miraculo habent. Si ergo phoꝝ pcipui nō ualuerūt hoīs intellectū niſi i paucis ſiſtere ad ea credēda: q̄ ipſa rō dictat: nobiſq; ſunt naturaliter inſerta: ut deū eſſe: eūq; reꝝ humanaꝝ habere ꝓuidentiā: & bonū uirtutis eſſe retinēdū: malū uero fugiēdū ac cętera generis eiuſdē. Neq; ēt in paucis effectū: cū intellectū in bene agēdo ita ɔciliare potuerūt: ut ad extremū uſq; nō diſcreparint: quāto minus hoc impetrare poſſent in his: quæ penitus rōnē excedunt? At ipſius xpi diſcipuli ſola pdicatione intellectū ſimul: & affectū īfinitæ hoium multitudinis coarctarūt: & clauis quodāmodo ferreis figentes ad ea credēda: & diligēnda cōpulere: ad quæ nō mō ipſa demōſtratio: ſed nec aliqua hūana rō ullo mō ꝓuenire pōt: ut terrena oīa tanq̄ uiliſſima ꝑpter regni celoꝝ ꝓmiſſionē reputauerint: nullis deſeſſi in bene agēdo laborib⁹: nō blāditiis: aut minis: nō tormentis a ꝓpoſito reuocati. Qua ergo uirtute piſcatores: ac litterarum expertes hoc effecerunt: nō humana quidē: ſed diuina. Natura enim inter mortales ultimum conatum in philoſophis conſumauit: nec tamen eam in illis ui pe= periſſe deprehēditur. Certe ſi fides chriſti eſſet plena

mendaciis:

mendaciis:nō potuiſſent piſcatores tā mirabile opus
efficere:neq; ipſa tādiu inter tot īpugnātes pſiſtere:
ac pollere. ¶ Itē:ſi xp̄us crucifixus : eiuſq; piſcatores
eo mō:quo dictū eſt: ad amorē diuinū uniuerſū ter-
rarū orbē tā efficaciter illexerunt:id ſimplici ſermone
facere nō potuerūt:nō.n.ſimplicibus uerbis uiri pſer
ti graues:ac ſapientiſſimi acqeſcunt. Certū eſt aūt ip
ſos uerba ſua miraculis cōfirmaſſe:quæ tā multa:ſtu
pendaq; fuerūt:ut naturalē uirtutē penitus ſupgreſ
ſa nō niſi a deo fieri potuerint: q ſolus miraculorū eſt
auctor. Deus aūt nō mendacio:ſed ueritati teſtimo-
niū phibet:chriſtiana igit̄ fides:per quā ea facta ſūt:
mentiri nō pōt. Quod ſiqs miracula negauerit:hoc
certe eſt oīum miraculorū maximum ingētia ſcilicet
ea:quæ ſupra cōmemorauimus:abſq; miraculis per
xp̄m pauperē:& per rudes: icultoſq; piſcatores eius
diſcipulos fuiſſe cōfecta. Siue ergo miraculis xp̄us:
eiuſq; diſcipuli fulſerint: ſiue non : utiq; apparet in
eius opibus infinita potētia oēm ſupans potētiā alio
rū deorum. Quemadmodum aūt inter cauſas ea pri
ma eſt:quæ potentior ex tat:ita inter deos eum dici-
mus uere deum : qui cunctis eminentiſſima præſtat
poteſtate:ut noſter eſt triūphator inuictiſſimus xp̄s.

¶ A ſapientia xp̄i fidem eſſe uerā. Cap.xiiii.

Eius quoq; ſapientiā iā oſtēdamus nul
li ceſſiſſe. Primum ſiquidē ſapientię eſt
ordinare:reiq; ipſas bene diſpōere: in
oibus uero:quæ ad finē ſunt dirigēda
ſūmere gubernatiōis regulam ex fine
opꝫ. Tūc.n.unūqdq; recte diſponit̄:
qn ad finē debitum ordinat̄: finis enī
cuiuſq; rei eſt ipſius bonum. Vnde in artibus:q finē

artis attēdunt: ad illūq; cætera coordināt: ſapientes in ea arte nūcupant. Sicut in architectura nō ii ſapiē tes dicūtur: q cemēta: lapides: reliquāq; materiā ſub miniſtrāt ſed illę: q ultimā complēctitur formā: ſapiēs habetur architectus. In artificialibus aūt cū particu lares tantū fines: nō ultimus humanæ uitæ cōſiderē tur: nō poterit quiſpiā abſolute ſapiēs: ſed ſecūdū qd noiari. Qui ergo ſupremū & cōſumatū humanę uitę finē penitus obſeruat: oiaq; oportuna media: ſuaſq; ad illū opationes diſponit: iure ſapiens ſimiliter dicē dus erit. Sed ieſus nazarenus ſuis cū diſcipulis: atq; cultoribus ſolus uerꝫ humāe uitæ finē: ueraq; media oſtēdēs efficaciter docuit: pfecteq; adimpleuit: ita ut nullus finis melior: nec pfectior chriſtiana uita inueni ri: aut excogitari poſſit. Patet ergo: ꝙ nec inter deos: ſi tamen dii ſunt alii: nec inter hoies quiſq̄ ſapientior unq̄ inuentus ſit: aut inueniri poſſit. ¶ Signū inſup ſcientis eſt docere poſſe: cū eni qs ad pfectionē ſciētiæ peruenerit: facile pōt alios erudire: queadmodū cū qs ad pfectā ætatē puenerit: pōt filios generare. Sed nullus alius deus: uel homo a ſeculo inuētus eſt: qui tam pficuam ſapientiam q̄ chriſtiana eſt: mortalibus attulerit: qq; ſimul eam tam facile docuerit. Philoſo phorꝫ nāq; doctrina obſcura eſt: & longo uix tpe per ceptibilis: multis quoq; erroribus: difficultatibuſq; perplexa: quibus uel ipſi pceptores incerti plerumq; anxiiq; torquent: ſicut de diuina puidētia: & de hu manę uitę fine ſupius dictū ē. At poſtq̄ ſapiētiſſimus magiſter: & ſaluator noſter xps ipſe cōparuit: nō mul to tpis interuallo uniuerſū mūdū de puidētia: & bo nitate dei: de aię imortalitate: de fine: ac beatitudine hoīs de mediis ad eā perueniendi: de cōpluribus deniq;

aliis documẽtis adeo fuit illuſtrat⁹: ut etiã ĩ puerilli: & ibecilla utriuſq; ſexus ętate chriſtiani clarius hæc itelligãt: q̃ ꝑdari philoſophi idefeſſo ſtudio cognouerint, in hacq; doctrina ita imobiles fiunt: atq; oſtantes: ut mille ad mortem uſq; ſupplicia ꝑpeti malit: q̃ minimũ iota doctrinæ xp̄i impie denegare. ¶ Præterea: agẽtis uirtus tanto maior apparet: quanto ad remotiora ſe extendit: & citius opatur: quo itaq; potẽtior fuerit ſapiẽtia: eo magis: ac uelocius ad inſipiẽtes imutãdos: ſanãdoſq; ualebit. Nõ eni maxime eſt uirtutis: aut ĩduſtriæ opus: ſapiẽtes efficere homines docili: acutoq; ĩgenio ꝑditos: atq; ita a natura ipſa diſpoſitos. At ſtultos paruulos: hebetes: qn & mulierculas: peccatoreſq; grauiſſimos: ac flagitioſiſſimos homines: meretriceſq; ſubito ad ſapientiã: & ad uitæ rectitudinẽ ɔuertere: humanas uires excedit. At ieſus noſter non minus ex prædictis oĩbus inumeros q̃; ex prudẽtibus: & acutiſſimis uiris repente: ſoloq; ferre nutu: mira quadã cordis compunctione mutauit: & quottidie ab huiuſmodi nõ ceſſat effectu: quod non alius deoꝝ unq̃: hominũq; effecit: chriſti ergo ſapientia: & doctrina cunctis eſt præferenda. ¶ Cũ natura item ſit ad unũ determinata: nõ magnę uirtutis eſt in rebus naturalibus per ipſius naturæ media aliqd efficere: ut ſi ſpiritalis quępiam creatura ſemine ignis admoto: illius adminiculo domũ ſtatim ſuccendat: qd' in ipſa eſt hominis facultate: non arduũ reputaretur. At ſi p ɔtrarias cauſas: ut puta ex glaciali aqua ignẽ eliciat: ex eaq; incendiũ nutriat: id admirabile ſane opus: magnæq; uirtutis exiſtimaretur: ſignũ ergo ſũmę: & infinitę uirtutis eſt: abſq; ullo naturali iſtrumento poſſe oĩa naturalia opari: et iterum quolibet

inſtumento poſſe quecūq; libuerit: uel etiā illi cōtra-
ria pariter educere. Docere itaq; per debita: & natu-
ralia media ſapiētiā: queadmodū phi docuerunt: iux
ta ſolitū intellectus humani captū: haud eximiū: ad
mirandumq; eſt: ſed per ſtultitiam mundi per ea: quæ
apud homines ſtultiſſima exiſtimant: tradere ſummā
& ineffabilē ſapientiā: & ſtultiſſima mundi cōuertere
in diuinæ ſapientiæ iſtrumēta: maximamq; in eis ſa
pientiā collocare: difficillimū ſane opus: & diuinum
tamtūmodo iudicandum. Quod ſi crucis horror: &
obprobriū una cum ſubſanationibus: ſputis: alapis
uerberibus: & tormētis: q̄ moriens paſſus eſt chriſtus
cōſiderentur: nihil hac cruce magis tetrum aut ſtultū
anteq̄ chriſtus crucifigeret: poterat inueniri: p ipſa ue
ro chriſtus orbi terrarū maximā cōtulit: & indidit ſa
pientiam: ut oīs xp̄iana profeſſio docet: & experiētia
quottidiana teſtat: ergo præcipua: & diuina eſt i chri
ſto ſapiētia: i alio nūq̄ reperta: nec audita fuit. ¶ Itē
cum ſapientia ſit diuinarum rerum: illa pfecto ſapia
oībus præſtat: quę ſupra cæteras de diuinis rebus ho
mines iſtruit: ſed nulla id magis pagit: q̄ ſapia chriſti:
ergo ipſa cęteris eſt præſtātior Q đ autē ita ſit: appa-
ret ex ſcriptis añ xp̄um extra eius doctrinā ęditis q̄ ſi.
xp̄ianorū libris: monumētiſq; cōparent: pauca a phis
dices: & ab aliis auctorib⁹ cē tradita. Quinimmo ad
augēdā: pficiēdāq; phiam plurimū cōtulit doctrina
xp̄iana. Q uę rerū diuinarū pitiā adeo circūquaq; dif
fudit: ut fere nūc oēs xp̄m pfitētes ea ſciāt: ac doceāt:
q̄ añ illius aduētū uix a philoſophis pcipiebant. De
inceps āt poſtq̄ apoſtolorū præcōia ſuis detectis erro-
ribus non ſecus erubuerunt hoīes: ac ſe ſe purgare cō
tenderunt: q̄ ſi nocte i ſtercore: cænoq; uerſati: ſuper

infuſa

Infuſa mox luce: imundítia illa cõſpecta pudore: ac cõ
fuſione correpti: eam abſtergere curaſſent. Naꝫ & phi
& poetæ quidã idoloꝝ ſuoꝝ cultũ: & ãniles fabulas
ac turpia deliramẽta erubeſcẽtes: ſuperinducta luce
chriſti: ad quam tñ præ nimio fulgore caligauerunt:
cõati ſunt mẽdacium fulcire mendacio: allegoricos ſẽ
ſus comminiſcentes. Cum uiderent ſe aliter deorum
ſuorum turpitudinem: ac pleraqꝫ flagitioſiſſima: ipſis
quoqꝫ hõibus nefaria celare: & honeſtare non poſſe.
¶ Ad ſapientẽ præterita ptinet: non modo facilia:
ſed difficilia quoqꝫ cognoſcere: eaqꝫ docere poſſe: ab
aduerſariiſqꝫ deffendere. De rebus uero diuinis diffi
ciliora nemo ꝓpoſuit: faciliuſqꝫ unquã q̃ chriſt⁹ ipſe
pdocuit: nec paucos tm̃ diſcipulos: ſed uniuerſũ ter-
ræ orbem inſtruxit. Ab infinitis quoqꝫ oppugnato-
ribus ita facile eadem chriſtiani defendunt: ut quiſ-
quis eorum rationes: libroſqꝫ legerit: hanc unam per
hennem: & incomparabilem ſapientiam eſſe dubita
re ullo modo non poſſit. Neqꝫ uero contra eam ſyllo-
giſticis modo contentionibus: ſed improperiis: mi-
nis: gladioqꝫ ad necem uſqꝫ acerbiſſime pugnatum
fuit: cum ea tamen inuicta de his omnibus trium-
pharit. Profecto ſi aduerſus philoſophos: princi-
pes: ac tyranni: quemadmodum contra chriſtianos
rationibus: tormentiſqꝫ certaſſent: illos exiſtimo fuiſ
ſe uel prima apud ſe pricipia negaturos. Chriſtus au
tem uel ea & ipſa proponens: quæ ratione naturali
iueſtigari nõ poſſunt: illa tñ: & ab ipſo gladio: & ab
omni deorum: ac philoſophorum ſapientia: iniuriaqꝫ
defendens: ſolido in perpetuum robore cõfirmauit.
¶ Item: aut fides eſt uera: aut cõmentitia. Si uera: be
ne conuenimus. Si commenticiam dixeris: nõ minus

probo chriſtum fuiſſe omnium ſagaciſſimuꝫ: & ſapiē tiſſimum: qui tam difficilia: & ardua exquiſiuit: eaq; mortalibus ita perſuaſit: ut nulla uel diuina: uel hu-mana ratione: aut poteſtate īfringi: deſtruiq; potue-rint. Chriſtiani namq; doctores ipſi etiam philoſo-phiæ ſcientiam profitentur: et ea: quæ docuit chri-ſtus: quāq̄ ſupra rationem ſunt; philoſophiæ tamen non repugnare: quin potius ſcientias oēs ſeruire eis oſtēdunt. Nec quemadmodum quidam rudes: ac ſu perſtitioſi philoſophiam: aut aliquā ueram ſcientiaꝫ eiiciunt: uel cōtemnunt: ſed oia quæ bene dicta ſunt in ius ſuum tanq̄ ab iniuſtis poſſeſſoribus ſibi uendi cant. At quis adeo uel ſapiens: uel aſtutus iueniri poſ ſet: qui ulla figmēta: ſeu mendacia aduerſus oēs tam multorum ſapientuꝫ ratiōes tueretur: & cuilibet phi loſophię cōſoa eſſe mōſtraret? Profecto uerū uero cō ſonat: & falſo omnia diſſonāt: ſi ergo philoſophi dif ficulter uerum ab aduerſariis illeſum ſeruare: ac pro-tegere potuerunt: quanto minus falſum uiribus pro priis infirmum: a uiolenta: & callida impugnatiōe de fendent? Itaq; poſito: fidem hāc eſſe cōmenticiā: ne-ceſſe eſt ɔcludere chriſtū oium ſagaciſſimū: ſapientiſ ſimūq; fuiſſe: q̄ p̄ iueſtigabilia: atq; ardua documēta hoies ad ſe alliciēs traxerit: & ſacro quodā ſpiramie īpulerit ad bn̄ beateq; uiuēdū. Sed cū pugnātia iuicē ſimul ſtare neq̄ant: ut ſcilicet falſa cū uera phia cōcor dēt: ac p̄ ea hoies ad rectā uitæ normā dirigant: opꝫ utiq; eiꝰ fidē: atq; doctrinā uerā aſſerere: ipſūq; chri-ſtū cūctoꝝ eſſe deoꝝ: hoiumq; ſapientiſſimū ɔfiteri. Hinc uiri ſciētiaꝝ oium peritia mirifice pollētes: uitę q; ſanctiōia p̄batiſſimi: doctrinā xp̄i: ut ſūmam ſapiē tiā amplexati: ſuis eā p̄coniis: ſcriptis: & opibꝰ: extu

lerunt:amplificarunt:ac ſanguinis teſtimonio confir
marũt:qui niſi illã hoibus a deo traditam certiſſime
cognouiſſent:tot pfecto labores:æſtus: & agones p
illa tuenda minime toleraſſent. ¶ Maxime item ſa
pientis uirtus apparet:quando ad finẽ:& ultimã per
fectionem omnium ſcientiarum ſuos diſcipulos per q̃
breui uia pducit:ſed ſol⁹ hoc effecit chriſtus. ¶ Oĩs
enim ſcientia:uel rationalis eſt:uel realis. Ratiõalis
quidem eſt logica:rhetorica:poeſis:quæ circa ens ra
tiõis uerſantur:earũq; finis eſt per diuerſas rationes:
& exhortatiões hoĩs intellectum ad aſſentiẽdum p
poſitis aſtringere:ad id uero ſuper oẽs chriſtus ipſe ſu
os perduxit ſine difficultate diſcipulos:quod ex hoc
uel maxime apparet. Piſcatores enim antea rudes:&
iperiti:aliiq; inumeri idiotæ:accepta illius doctrina:
uniuerſũ efficaci pſuaſione orbem imutarũt:qđ nul
la armorũ uis:nec reliqu⁹ totius ſapientiæ conatus
(ſiqs recte cõſideret)aſſequi potuiſſet. Realis autem
ſciẽtia in practicam:ſpeculatiuãq; diuiditur:practica
ipſa moralis eſt:quã tãta facilitate:ac celeritate diſci
plina xp̃i exactiſſime docet:ut a philoſophis:ſicut
ãte prædiximus:nihil deſiderari oportet. Si ãt fuerit
ſcia ſpeculatiua:aut abſtrahit prorſus a materia tã ſẽ
ſibili q̃ itelligibili:eaq; eſt ſcia diuia:in q̃ chriſtus oẽs
tãtope ſupauit:ut ad eũ nulla ſit ↄparatio:nedum il
læ ſup oẽs nõ obtineãt pncipatũ. Aut a materia ſẽſi
bili:ſi ab itelligibili abſtrahit:et hæc eſt mathemati
ca:quę ſolũ ↄſiderat formã:neq; bonũ:finẽq; reſpicit
ut phi dicũt. Propterea doctria xp̃i uſq;quaq; bono
atq; fini itẽta huic nõ multũ ſtudii ipartitur:qa ad ſa
lutẽ nõ ptinet. Si quid tñ utilitatis ad bene:beateq;
uiuẽdũ ex ea colligi põt:hoc totũ doctria xp̃i ſibi uẽ

dicauit. In ſcriptura &enī ſacra numeri: & figuræ ad bonos mores: & ad diuina aptiſſime ordinanť: adeo: ut neqꝫ in minimis philoſophorū diſciplinis aliquid utile: aut deſiderādum relinquatur. Aut nō abſtra-hit a materia intelligibili: nec ſenſibili: et hæc eſt philoſophia naturalis: ad cuius ultimum finē cum ſūma uoluptate diuerſimode: ac facile doctrina nos xp̄ia-na perducit. Cognitio enī rer̄ naturaliū in ſe nō eſt finis ſupremus: ad quē per ipas res naturales ire ꝯten-dimus: ſed per hæc corporea ad īuiſibilium cognitionē peruenire deſideramus: quod quidē copioſe: atqꝫ iocūde ſubminiſtrat doctrina chriſtiana: quæ in omnibus fere naturalibus rebus tāquā in ſpeculis inuiſibilia dei pulcherrime: ac mirabiliter effingit. Ieſus ergo fuit omnium ſapientiſſimus: qui ad finem: conſumationemqꝫ ſcientiarum oium totum terræ orbem facillime perduxit. ¶ Delectationes deniqꝫ intellectus per ſe delectationes ipſas ſenſus excedunt. Quæ uero ad intellectum pertinent: potiſſimum cō-ſiſtunt in cognitione primæ ueritatis ex cuius per-fectiori conceptu maior prouenit delectatio: ubi ergo maior eſt ſapientia: maior primæ ueritatis ineſt cognitio: ac delectatio. Signum itaqꝫ maxime ſa-pientiæ chriſti eſt ſumma: quam habent chriſtiani in eius contemplatione: delectatio: qua nulla ma-ior hactenus eſt inuenta. Innumeri enim fuerūt: quē admodum etiam nunc uidemus: qui propter primæ ueritatis cōtemplationem ī doctrina chriſti exiſtentē ſpretis oībus ſæculi uoluptatibus: ac blandimentis: ſe ſe ad deſerta loca ꝯtulerūt. Quodq̃ maximū ē: in ea ꝯtēplatiōe adeo ꝓfecerūt: ut ſemideos: n̄ hoīes: immo angelos in terra putares. Quia extra carnē poſiti

nil ter

nil terreni: nō dicā appetunt: ſed ne eius qdē inſpecti onem dignanť: ſibiqȝ ipſis tanquā dii ſint: angeli ue ſufficiunt. Ex quibus cunctis apparet: doctrinā chri ſti eſſe maximam: ipſumqȝ ieſū chriſtū eſſe uerā æter ni patris ſapiāȝ: quæ ſola tot: ac tāta potuit efficere.

¶ A bonitate chriſti fidem eſſe uerā. Cap. xv.

Oſtendimus ieſū nazarenū potentia: & ſa piētia cūctos hoies: oēſqȝ gētiū dños adeo ſupaſſe: ut ſiqs credať eſſe deus: præter ip ſum alius exſtimari nō poſſit. Reliquum eſt: ut ex eius bōitate hoc idē oñdam⁹: ꝓ bātes ipſum eſſe ſūmū bonum: & ultimū hūanæ ui tæ finē. Vbi primū aduertere opȝ: oēs actiones hūa nas eſſe propter aliquem finē: opationes eni hōis pro ut humanæ: ab ipſa hōis uolūtate: liberoqȝ arbitrio quo a brutis differt: ſine dubio ꝓficiſcunť: obiectum āt uoluntatis eſt bonum: & finis. Cum igitur in fini bus non ſit proceſſus in infinitum: alioquin cuiu li bet appetitus motio ceſſaret: oportet aliquem eſſe hominis ultimum finem: impoſſibile uero eſt duos ꝑ ſe alicuius rei eſſe ultimos fines: cum extra finē ulti mum nil appetatur. Vltimus ſiquidē finis dicitur eſſe aliquid adeo implens appetitum: ut nihil extra ſe: uſ quod ad ipſum non ordinetur: appetendum relin quat: omnium itaqȝ hominum ē unus ultimus finis. Scire tñ oportet: ñ oēs hoies i ultimo fine materialiť ɔuenire: quis oēs i eo formaliť ɔcordes ſp exiſtant: rō qppe ultimi finis hūanę ſpeciei ē felicitas: oēs eni hoi es cupiunt eſſe felices: nō oēs tamē felicitatem i eadē re eē arbitrāť. Cū āt iā ſupi⁹ ꝓbatū fuerit ultimū hu ānæ uitæ finē primā eē ueritatē: primāqȝ cāȝ. i. deū: ſi demonſtrauerimus ieſū eē hūc ultimnm finem: liqdo

cõſtabit: ipſuꝫ eſſe primã ueritatẽ primãq; cãm: ac deũ uerum: ſummumq; bonum: cui ratio ultimi finis ueriſſime competit. Quod ut clarius intelligatur: conſiderandum eſt: ꝙ quando aliqua natura aliquid tanquã ad ultimum finẽ ordinatur: per admixtionẽ alterius naturę diſtrahentis impediri poteſt: ne ad id oĩno moueatur: aut ne adeo uehemẽter in illud tendat. Vt puta: graue deorſum naturaliter tendit: & omnia grauia ſecũdum ſuæ grauitatis formam tendunt ad centrum: auis tamen ſurſũ euolat: quia nõ ſolum grauitatis: uerum ẽt aĩalis formã habet. Moto ergo aĩali ſuſpendente uel impediente grauitatẽ: fertur ĩ altum. Similiter ſi inſenſibile mixtum habeat multum aeris & ignis terrę connexum: ĩmo haud uelociter petet. Si autẽ aliquid graue purũ ĩueniatur: abſq; repugnãtia formæ: ſẽper: niſi uiolentia inſit: agetur deorſum. Et quãto id fuerit in ſua natura purius: tãto uehementius ibit ad centruꝫ: quia igitur homo duplici cõſtat natura: uidelicet ſpirituali atq; corporea: ſeu ſenſibili: quamuis intellectus & uoluntas naturali motu in deum tendant: tamẽ ex permixtiõe partis ſenſibilis propter neceſſaria ad uſũ illius organa paſſionib⁹ perturbaẽ: & frequẽtius ad aliud trahiẽ ꝙ quod natura depoſcit. Et q̃uis uiolẽter cogi neq̃at: tñ errorem uel appetẽtiã nimiã grauiẽ affect⁹: & male iformatus intellectus uoluntatẽ ꝑtrahit ad ea: quę inordinata ſunt: appetenda. Si igitur uoluerimus adinuenire in quo ratio finis hominis uere cõſtituta eſt: ex motu & uehemẽtia ei⁹ amoris: flagrãtiſq; deſiderii iueſtigare neceſſe eſt. Cũ ãt natura ſẽſibili rõnaliq; cõſtet: nõ eoꝝ deſideria iſpicere debem⁹: q more pecudũ uiuũt: ſed eorũ dumtaxat: q rõne utunẽ: & uere hoies ſũt. Nam ſi experimentum

perimētū grauitatis: quo uidelicet tēdat graue: ſcire uoluero: nō utiq; id cognoſcere potero ex auiū uolatu: ſ; ex eorꝝ motu: q̄ mere grauia ſunt. At uero ſuperius ꝓbauimus: nullā in terris purgatiorē uitam dari chriſtiana: nulloſq; hoīes magis ſecūdū rationē uiuere q̄ chriſtianos. Ex eorꝝ ergo amore & deſiderio: q ue re: & ꝓprie homines ſunt: potius q̄ alioꝝ in cognitionem ultimi finis poſſumus ꝑuēire. Sed oēs chriſtiani recte uiuentes uehemētiſſimo amore: pariq; ɔcordia tendunt in chriſtū crucifixū tanquā in ſupremū finē. cuius gratia cętera ut ſordida purgamenta contemnunt: idcirco hic eſt finis ille: & uerus deus: ac ſūmum bonū. ¶ Præterea: ultimus finis ē hoīs plena pfectio: ideoq; quanto qs fit illi ꝓpiquior: magis perficitur. quantoq; magis pficit̄: fit eidē magis ꝓximus. Quia nil aliud eſt pfici: q̄ ſuo ultimo fini appropiquare: ſed nulla res unq̄ inuenta eſt: ꝓpter cuius appropinquationem per intellectum: & affectū humana natura tātum in uita profecerit: tantamue aſſecuta ſit pfectionem: ut in appropiquatione ieſu chriſti crucifixi p intellectum: & affectum. De huiuſmodi nāq; appropiquatiōe: nō de illa: quę corporalis eſt: loquimur: adeo ꝙ quanto magis fit illi uicinior: tanto ipſum uehemētius diligit: utq; ſupius demonſtratum eſt: ī moribus perficitur: plane igitur cōſtat: ipſum chriſtum eſſe ultimum humanæ uitæ finem. ¶ Ad hæc: ipſius finis deſiderium eſt omniū maxime naturale: ideoq; imobiliter unumquodq; ultimo fini adhęret: ſicut enim ī ſpeculatiuis prima principia ſe ſe habēt: ita & in actiuis ultimis finis. Vt igitur prima principia ſunt nobis naturaliter inſerta: ita eſt deſiderium ultimi finis: imobileq; idcirco perſiſtit. Signū ergo eſt hominem tunc

uere ad ultimum finē perueniſſe: qñ alicui rei ſecun-
dum rōnem a uitiis purgatam adeo firmiter inſiſtit:
ut cætera illi uni poſthabeat: eāqꝫ ne deſerat: malit
uita priuari. Quāuis ergo alii ſibi alios conſtituerint
fines: nunq̄ tamē: aut per q̄raro uidimus: xp̄ianis ex-
ceptis: q uita maluerit q̄ ſuo quiſqꝫ fine deſtitui. Cæ-
teri enim pro uitæ conſeruatione extrema oīa patiū-
tur: & cūcta quæ habet homo dabit pro anima ſua:
chriſtiani uero non ſolum æquanimiter: ſed libenter
quoqꝫ ꝑpter chriſtū: & propria hilariter deſerunt: ui-
tamqꝫ pro nihilo habendā putant. Quod ſi chriſtus
non ſit ſūmum bonum: ſapiētiſſimi certe uiri uitā ſal-
tem: quæ p̄cioſiſſima eſt: ꝑ tanto errore: quo nullus
maior inueniri poſſet: non cōmutarent. ⁋ Item: cum
ea: quæ ſub eadē ſpecie continētur: ad unum: eundē-
qꝫ finem ordinent̄: in eoqꝫ uniant̄: uelut oīa grauia
tendunt ad centrum: manifeſtiſſimū eſt argumentū:
ieſum crucifixum eſſe ultimuꝫ hoīs finē: ꝙ nihil unq̄
reptum eſt: in quo hoīm cetus: ut in dn̄o ieſu: tam fir-
mo uinculo necteret̄. Nam q in eum credūt: nō ſecus
inuicem copulant̄: atqꝫ conueniūt: q̄ ſingulæ terræ
partes ad centrū in unū globum: congeriemqꝫ reda-
ctæ. Eoqꝫ mō chriſtiani oēs ad xp̄m tendentes effi-
ciunt̄ cor unum: & anima una in eo: qn in fide magis
ꝓficientes: maiori dilectionis: & charitatis ardore ſe
mutuo cōplectūtur. Quod ſi xp̄us purus homo fuiſ-
ſe: ac perinde fides clandeſtinū: impiumqꝫ figmentū:
nequaq̄ ī tot millib⁹ diuerſę ꝯditiōis ac generis hoīū
talem ſortiret̄ effectū: quia ex falſis aggregata facile
diſgregantur. Nec poſſent inumeri homines falſo fū-
damento amicitiæ copulam ſtabilire: eandemqꝫ au-
gere: errore creſcente. ⁋ Iteꝫ: ſpirituales oblectatiōes
quanto

quanto ultimo fini ſapientiã:ac eloquentiã dꝫ ꝓpin
quat:tanto ſunt maiores:& tunc ſunt maxime pfe-
ctę:cũ ipſum finem illa magis attingit:ſi homo itaqꝫ
finem impfecte attingens mõ aliquo delectať: tanto
amplius delectabitur cũ finem perfectius obtinebit:
ſed delectatio:quam de xp̃o fideles percipiunt: oĩa
tam ſenſus q̃ intellectus oblectamenta ſupat: quod
ex tribus potiſſimũ apparet. Primo ex incomparabi
li martyrũ conſtantia: quoꝝ innumeros legimus ad
ſupplicia tanq̃ ad nuptias gaudentes:atqꝫ hilares cõ
uolaſſe:atqꝫ in mediis cruciatibus exultantes uelut
in delitiis poſitos pſalmos deo decantaſſe. Q đ fieri
pfecto nõ potuiſſet: niſi imenſæ delectationis excel
ſus quaſi i ipſo xp̃o cõſopito oĩ corporis ſenſu: ab oĩ
eos dolore:terroreqꝫ defẽdiſſent:qđ quidem in nul
la alia delectatione ɔcediť. Vehemens.n.dolor(ut
expientia docet)hoĩem pturbat: cumqꝫ oĩ ſubtra-
cta uoluptate extra ſe ponit. Secũdo ex infinitis mo
nachoꝝ exemplis:qui relictis mundi blanditiis in ſo
litudine:& cauernis errãtes tanq̃ ferarũ ſocii in abſti
nẽtia:ieiunio:& corporis maceratiõe egeni:nudiqꝫ:
in ſũmo tñ gaudio ob maximã diuinoꝝ cõtẽplatio
nem:iocunditatẽqꝫ uixere:eoꝝqꝫ adhuc ueſtigia ſu
perſunt. Modo.n.(ut iam diximus)relligioſoꝝ plu
rimi gratuitæ ſeruituti: perpetuiſqꝫ clauſuris ultro
mãcipati ſub arctiſſima obediẽtia tãq̃ liberi ſub gr̃a
cõſtituti piucunde:& ſinceriſſime uiuunt. Tertio ex
ſapientiſſimis uiris oĩum ſcientiaꝝ eruditione refer
tis:qui deguſtato ſacro ſcripturaꝝ fõte: ac delibata
xp̃i dulcedine oẽs alias ſciẽtias reliq̃runt: illius tan-
tũ doctrina delectati:cui tanq̃ inſeparabiles firmiter
adhęſerunt:quãlibet aliã:ſeu phĩoꝝ:ſeu rethoꝝ niſi

ipſa ſapientis noſtræ acies magis putãtes: quod & ego
hac tẽpeſtate ſum expert⁹: multoſq; id feciſſe cogno
ui. Ex his itaq; apparet: oblectatiões: q̃ ex fide a ↄtẽ
platiõe xp̃i crucifixi procedũt: oẽs alias longe p̃ſtare.
Oportet ergo dicere eas ab uñi ſummoq; bono proue
nire: prçſertim q̃a quanto fide: & amore ad xp̃m pro
prius accedimus: tãto huiuſmodi delectatiões ampli
us augẽtur. ¶ Deniq;: ut una ratiõe oẽs ultimi finis
proprietates cõiungẽtes breuiter arguamus: omnia
eiuſdẽ ſpeciei indiuidua ad eundẽ (ut dictum eſt) fi
nẽ ultimũ ordinant: omneſq; homines in ultimi finis
ratione cõueniunt: ſed non in eo: in quo talis ratio in
uenitur: hoc enim eſt: quod queritur. Cum itaq; ho
minis beatitudo in intellectus actu conſiſtat: ꝑfecto
rem illam eſſe dicemus: cui ratio ultimi finis uere cõ
petit: in qua omnes conueniunt ratione utẽtes: & cor
de purgatiores: ad eamq; uniformiter mouẽtur: & ei
dem immobiliter inhærent: quamq; ſupra ſe ipſos di
ligentes: ipſi propterea in ea mirifice delectãtur: uitæ
q; integritatem: ac ſuperni claritatem luminis hauri
entes: in diuinumq; amorem tranſformati: idem pe
nitus omnes efficiunt: ac quodãmodo extra mundũ
poſiti: terrena omnia: ut ſtercora arbitrantes: cœleſti
munere congaudẽt: ac pace demũ maxima perfruun
tur. Sed hæc oĩa: quæ ipſius ſummi boni ſunt ↄditi
ones: nunq̃ niſi in chriſto crucifixo æque ut in deo in
uẽta ſunt: is ergo eſt ſũmum bonũ. ¶ Sed q̃d in his:
q̃ p ſe mãifeſta ſũt diuti⁹ imoramur cũ eni bonum ſit
ſui ipſius diffuſiuũ: ſũmũ bonũ maxie ſe ipſum diffũ
dit. Maior ãt bõi ↄmunicatio: & amplificatio: q̃ quç
a ieſu xp̃o ꝑuenit: nõ inuenit. Q ñquidẽ poſt xp̃i ad
uẽtũ: ꝑuulgatãq; eius fidẽ uniuerſus terraꝝ orbis a
profunda

ꝓfunda erroꝶ:pctõꝶq̃ calligine purgat⁹ eſt:oĩq̃ uir tute:uitæq̃ ſanctimõia refert⁹. Totq̃ ide fidelibus bõa ɔceſſa ſunt:ut felices:ac beati ĩ terris uiuere exi-ſtimẽtur. Nã ſi q̃ beatitudo in terris haberi põt: ſolis cõpetit xpianis id:qđ & in compẽdio de ſimplicitate xpianæ uitæ ꝓbauimus. ⁋ Bonitatis inſup dñi no-ſtri ieſu xpi exuberãtiã incõparabilis illius clemẽtia: & mĩa declarat. Quia ob nullã pctõꝶ & ſceleꝶ graui tatẽ ueniã penitẽtibus ſubtrahit:aut differt: ſed ple-rũq; ad ſe reuerſis maiora adhuc dona ipartiri ñdeſi nit. Atq; re ipſa cõptũ nob̃ eſt: quotiẽſcũq; qs ab eo receſſerit:eum ſtatĩ dulcedine uitæq; rectitudine pri uatũ terrenis ſordibus mergi:curiſq; torqueri. Cum autẽ reſipuerit:mox ad priſtinum recreatiõis & qetis reuertĩt ſtatũ:q̃ſi iexplebili febrilis ardoris ſiti curat⁹

⁋ A chriſti potentia :ſapia:& bonitate ſimul fidẽ eſ ſe ueram. Cap.xvi.

VT aũt ſupius dicta de chriſti potẽtia:ſapiẽ-tia:& bonitate quo facili⁹ intelligant̃:quaſi quodã epilogo pſtringam⁹. Dicim⁹: ſi xpus nõ ſit deus:ut ſe ſe fecit: eũ omniũ hoĩum ſu ꝑbiſſimũ pariter:ſtolidiſſimũq; fuiſſe: qđ nõ ipſe hoc de ſe dixit:ſed eius diſcipuloruꝫ fallatia fuit: hoĩmq; cõmentũ ut delirantes quidã fuerunt: qũo fallaci: ꝓ ſtigioſoq; mẽdacio tãta potẽtia:ſapia:& bonitas ꝓ-dire potuit:ut nulla maior excogitari q̃at? Nã ſi hic ñ ſit de⁹:neſcio qs alius uideat̃. Q đ ſi de⁹ hæc iferio ra ꝑ ɔgrua media regit:atq; ɔſeruat:cũ nullũ mediũ chriſto perfectius ad bene: beateq; uiuendũ eſſe pro-bauerimus. Non uideo quomodo effugere ualeamus q̃n aut fateamur chriſtũ eſſe uerũ beatitudinis noſtrę mediũ diuinit⁹ generi hũano ɔceſſũ: aut diuinã ꝓui

dentiam uel iuſtitiã inficiamur: aut oĩa a caſu: uel a fato eſſe credamus: deũq; oĩno repudiamus: quæ oĩa prçter primũ neceſſario admittendũ: ſtultiſſima ſũt.

¶ Siqua præterea eſt in mũdo uera relligio: ut iã pro cõceſſo ualidis recepimus argumẽtis: quis neget tot & talibus inſpectis hãc relligionẽ eſſe xp̃ianã: nulla ſiqdẽ tot efficaciſſimis rõnibus fulcita eſt quod ſi hçc uera non ſit: oĩs ꝑfecto relligio auferatᷣ opꝫ. ¶ Item: ſcimus nullã relligionẽ ſicut xp̃ianã accerrime fuiſſe ꝑpetuis tẽporibus impugnatã. Cæteræ. n. relligiões uel fraudulentæ potius ſupſtitiones ea qua inductæ fuerãt: uanitate: nulla quodãmodo ui: nulloq; labore defecerunt. Hæc aũt uelut aurũ puriſſimum cõtinuis purgata flãmis fulgentior: ac maior euaſit: qđ certe ſtare ñ poſſet: ſi qua alia uera: aut hçc falſa eẽt.

¶ Ad hæc: manifeſtũ eſt xp̃ianam relligionem ab hominibus ꝓbis ac iuſtis nihil unq̃ ꝑſecutiõis: aut moleſtiæ pertuliſſe: quin ab illis potius ſũma in ueneratione: cultuq; fuiſſe habitã. Cũ flagitioſis aũt: impiis & ſacrilegis: cumqꝫ eoꝝ patre diabolo continuũ: atqꝫ inſatiabile ſemꝑ ſibi fuiſſe: ac eſſe certamen. Et quot quot eam uel xp̃i miniſtros ꝑſecuti ſunt: eiuſmodi nequiſſimç ſortis (uti nunc etiã cernitur) extiterũt: qđ aliaruꝫ nulli contigit relligioni: cur itaq; ſceleſtos potius q̃ ꝓbos hoĩes imitemur? Nulla inſuꝑ alia ẽ inuẽta relligio: ad quã tot hoĩes hactenus ſint hac ↄditione cõuerſi: & quottidie accedãt: ſciẽtes. ſ. ſe nõ ad diuitias: nõ ad honores neqꝫ ad uoluptates: qbꝰ i ipſo ſacri fontis lauacro renũciaturos ſe obligãt. Sed ad tẽtiones: abſtinẽtiã: parſimoniã: impropia: & ſi oporteat ad extrema oĩa tolleranda uocari. Talibus igitᷣ promiſſis: & obligationibus oĩno quidẽ ſanç mentis

aliceretur: quemadmodū infinita uiroꝝ millia ꝑſpe-
ximus: niſi euidentiſſime ueritatis lumen mortaliū
corda penetraret. ¶ His itaq;: & hmōi rōnibus crede
re cogitur intellectus: admirabilem xp̄i fidem ueram
eſſe. Si enim unum argumentū: aut duo: & tria uel
pauca hoies aſſentiri non cogunt: ſimul tamē omnia
collecta: ſi recte: & ſincere conſiderentur: non inuali
diora erunt q̄ mathematicæ demonſtratiōes: uel q̄ id
eſſet: ſi reuocatio defuncti ad uitam ꝓ confirmatiōe
adduceretur: ¶ Præterea: ſi chriſtiana relligio uera
eſt: oēs alias explodi oportet: ipſa ubiq; atteſtante:
neminem extra fidem hanc ſaluari poſſe: quod qui-
dem rōnabile eſt. Quia cum ſalus noſtra conſiſtat in
uiſione dei: ad quam ſine ſupcœleſti dono nemo ua
let peruenire (ut ſupius dictum eſt) non pōt aliquis
eam conſequi abſq; fide: dicente ſcriptura. (Sine fi
de impoſſibile eſt placere deo) ¶ Nec ſupeſt iuſtæ que
relæ: aut excuſationis locus iis: qui in peregrinis: &
ab hoc cultu alienis partibus naſcunt. Q uoniā ſiqs
duce naturali lumine rōnis: quod nulli deeſt: ad com
munem omnium parentē: & opificem ſe ſe in creatu-
rarum ordinem ubiq; demonſtrantem: & nulli rei in
neceſſariis deficientē: recta intentiōe: & puro corde
cōuerterit: ueritatiſq; oſtenſionē implorauerit: ut in
principio huius operis iuxta catholicam aſſertioneꝫ
tetigimus: ſuo non fraudabitur uoto. Sed aut per
internam inſpirationem: ut Iob: ſiue per angelos: ut
cornelius centurio: aut per apoſtolicum uirum: ut per
prophetam eunuchus: neceſſarium ad ſalutem lu-
men impetrabit.

Liber Tertius.

¶ Procemium de ordine procedendi.

VEritatē fidei : relligiōiſq; xp̄ianç tā ex
p̄teritis q̄ ex p̄ſētibus eccleſiç orthodo
xæ effectibus apte demōſtrauim⁹. Ve
rū qa nō ſatis eſt nr̄a cōſtruere : niſi ea
quoq; a deſtruētibus defēdamus : reli
quū ē: ut fidei aduerſariis occurram⁹.
Oſ̄dētes relligionē nr̄am nihil īpoſſi-
bile: nihil irrōnabile cōtinere: quāuis eni ſupra rōnē
multa credat: q̄ potentiæ dei nō diſcōueniūt nihil tn̄
ꝯtra rōnē ipſā ꝯtiteť: quinimo & ſi īgenii mortalis ui
res ea lōge excedūt: hn̄t tn̄ & rōnis plurimū : & ꝓba
bilitatis. ¶ Vt aūt in nr̄i opis ꝓceſſu ordinē ſeruem⁹
primū de articulis fidei loquemur: hi eni ſunt nr̄ç rel
ligiōis fundamēta. Deide moraliū prçceptoꝝ ſeriē:
rōnēq; reddemus. Tertio iudicialiū. i. legū : q̄bus in
iudicādo nr̄a utitur relligio: rōnē demonſtrabimus.
Vltimo cerimoniaꝝ myſteria apte interpretabimur.
Hçc enim ſūt: q̄ uniuerſā xp̄ianoꝝ doctrinā : totūq;
regimē cōplectunť. ¶ Et q̄uis excellentiſſimi uiri do
ctores nr̄i de his oībus eleganter: copioſe : pleniſſime
q; tractauerint: non tn̄ cuipiā ſupfluus uideri tertius
hic liber nr̄ debebit. Tū qa p̄cedētibus iure copulā
dus uideť: ut p̄ſentis opis ſit oī ex parte abſoluta do
ctrina: ne qd trūcatū: aut intactū ꝓ uiribus relinqua
mus. Tum quia ea: quæ prçceptores noſtri paſſim lō
gioribuſqꝫ ſermonibus: & mira ſubtilitate diſſerue-
runt: nos ad breue compendium: faciliioremqꝫ intel-
lectum omnia redigentes : in hoc libello commode
colligemus. Vt non ſolum omnino peritis chriſtianis:
ſed uel mediocriter litteratis: & ipſis infidelibus bre
uē lectionē nō aſpnantibus hac facilitate obſeq̄mur.
¶ In deo eſſe infinita : deīqꝫ infinita facere poſſe: q̄

humani intellectus captũ excedant. Cap.i.

IN deo plurima eſſe: & infinita: quæ intellectus noſtri uim: captũq; prſus excedant: facile ex ipſius itellectus ibecilitate cognoſcere poſſumus: quantũ enim ſe cuiuſq; uirtus extẽdit: i ultimo ſuo conatu demõſtratur. Supmũ igitur intellectus noſtri uirtutis expimẽtum in excellentiſſimis phis cognoſcere poſſumus: in his enĩ fatent̃ hõies naturam ultimũ conatũ feciſſe. Certũ eſt aũt (ut ipſimet ingenue fatent̃) perexiguã: & ualde incertam: laborioſamq; rex cognitionẽ eos habuiſſe. Si ergo tota (ut ita dixerim) naturæ humanę uis ubi plurimũ conata eſt: ad cognitionẽ harũ rerum domeſticarũ pfecte prouehi nõ potuit: quãto minus ad eſſentiæ cœleſtis cognitionẽ pueniet? Multo uero ẽt minus ad angelorũ pprietates. Minime ãt oium ad eius cognitionem pueniet: qui eſt infinita diſtantia ſuper oia eleuatus. ¶ Præterea: ſi in eadẽ hominum ſpecie multos uidemus ita obtuſo ingenio: ut nulla arte: ſtudio: aut labore poſſint ad ea capeſſẽda diſponi: quæ a ſummis phis cognoſcunt̃: magis exiſtimandum eſt angelicus intellectus: qui in longe diſſimili: & nobiliori ſpecie iũt plurima cognoſcere: ad quæ nullo modo uires ingenii noſtri ſe extendere poſſunt. Quid autem de intellectu diuino dicendũ? qui extra oẽm ſpeciem: extraq; oẽ genus etiam ſupmas intelligentias inacceſſibili luce ſuperat in infinitum. ¶ Quãuis enim cauſæ per effectus cognoſcantur: quando tamen cauſæ ipſæ ſuis effectibus eminentiſſimę prẽſtant: perfecta cauſæ cognitio per illos haberi non poteſt. Cum igitur deus ſit prima omniũ cauſa: ſuos effectus omnes in immenſum excedens:

quos ēt imperfecte cognoſcimus: manifeſtū eſt de ip-
ſo deo ualde modicā: & ferre nullā uirtute luminis na
turalis nos habere ſciētiā. ¶ Deum quoq; plura po ſſe
ac maiora efficere q̄ nos intelligere ualeam⁹: nō eſt de
moſtratu difficile. Cognitio ſi qdem noſtra incipit a
ſenſu: quæ tātū ꝓficit q̄tū poteſt p hæc ſenſibilia ele-
uari. Adeo enim ordini naturaliū rerū neceſſario eſt
alligata: ut extra eū ordinē ſpeculari nil queat. Quic
quid enim intellectus noſter cogitat: fantaſmata na
turaliū rerum imaginat (oportet nāq; intelligentem
fantaſmata ſpeculari). Deus āt cū ſit actus pur⁹: &
eſſe infinitum: extra omnē ordinem illū eſſe dubitari
nō poteſt. Cum uero unumquodq; agat prout eſt in a
ctu: dicere oportet ī deo eſſe potētiā īfinitā nulli ordi
ni q̄uis excellētiſſimo alligatā Stultum igiť eſſet aſſe-
rere: nil deum poſſe: quod nos capere nequeamus prę
ſertim cū idem in ordine uniuerſi plurima: & pæne in
infinita efficiat nobis īſcrutabilia: ut ſaltē illa ſunt:
quæ in rebus non materialibus efficiuntur. ¶ Con-
uenienter tamē diuina bonitas multa diuinoꝝ archa
noꝝ: ad quę nō attigit hūana ratio: maniſeſtauit hoī
bus: ac plura etiā fecit ſupra reꝝ naturaliū ordinē: ut
homo: q ad ſupcęleſtē finem erat ordiatus: ad ipſum
ſcire: ac poſſet peruenire. Ex reuelatione enim diui-
norum ſupernaturalium ipſum finem & media ad eū
facientia intellexit: ex hiſq; amplius ſuam infirmita-
tem: debilitatemq; cognouit: diuinę maieſtatis abyſ
ſum conſiderans. In cuius reuelationis: aut enarratio
nis uel minimam partem: ne procul qd eſt īterpoſita
q; calligine ɔtēplatiōis figat aciē: ne dū cōprehēdere
eā poſſit. Quo fit: ut ꝓcliuiori hūilitate: ac reuerētia
deū collat: q̄to magis eū ſup oīa eminentiſſimū didi
cit admirari

cit admirari. In quo maiorē illiꝰ cognitione ãplioreſ-
q̧ delectatiões hauſit ex his: q̃ multifariam: multiſq̧
modis ipſiꝰ īfinita bõitas hoibꝰ cõmunicarī dignata
eſt. ¶ Irridēda idcirco aut reiciēda nõ ſūt: quæ xp̄ia-
na relligio credēda ꝓponit: qa uidelicet itellectꝰ ea ca
pere nequeat: ſed irridēdi magis: explodēdiq̧ ſūt: q
hac unica cecitatis ſuę rõne a fide catholica inſipiēter
recedūt. Legāt prius: & itelligēdi nõ īpugnādi ſtudio
noſtra reuoluāt: tūc.n. cognoſcēt: nil īpoſſibilę: nil ſi
ne rõne a nobis eſſe ꝓlatū. Sed ut quę diximus mani
ſtius appareant: iā iam ad ꝑticularia deſcendamus.

¶ Quę ſupra hominis intellectum chriſtiana credit
relligio. Cap. ii.

CRedibiliū ergo q̃dā ad diuinitatē xp̄i perti
nent: quędā ad eiꝰ hūanitatē. Eoꝝ uero: q̄
circa diuinitatem uerſant̄: primū ē de unita-
tate: ꝯfitemur nāq̧ unū eē deū: nec plures
admittimꝰ d'os: et hoc ē ꝑmū nr̄ę doctrię ꝑncipiū oī-
bus ex p̄cepto credendū: a doctis uero non ſolum cre-
ditū: ſꝫ ēt rõne cogente ſcitū: ut in ꝑmo huiꝰ opis li-
bro ſatis eſt dictū. Scd's autē articulus eſt de unitate
trinitatis. Hiq̧ duo articuli: ſeu duo ꝑncipia ad diui-
nitatis ꝑtinēt eſſētiā: alii uero ſpectāt ad ꝓpria diuini
tatis opa ſoli deo cõpetētia. Quoꝝ ꝑmū pertinet ad
ipſū eē naturę qa aſſerimꝰ deū oia creaſſe. i. ex nihilo
ea feciſſe: ſcđm reſpicit eē ſupcęleſtis gr̄. Credimꝰ. n.
deū ꝑ ſupnaturalia dona rõnalē creaturā ſāctificare:
ut eā ad ſe trahat. Tertiū attinet ad eē gloriæ ipſius
animæ: confitemur namq̧ ſanctificatos in hoc mun-
do tandem poſt obitum ad ipſius gloriæ dei fruitio-
nem peruenire: in qua ſupernaturali munere glori-
ficantur. Quartum noibs promittit omnis carnis re

ſurrectionem:dum poſtremo ſperamus reſurrecturos nos omnes:corporaq; noſtra imortalia: & glorioſa cõſecuturos. ¶ At circa xp̄i humanitatẽ credimus primo xp̄m eſſe uerum deum:& uerũ hoiem dei: & uirginis mariç filiũ:in cuius aluo eſt de ſpirituſſancto cõceptus:integritate uirginei clauſtri p̄manẽte. Secundo cõfitemur: ipſum pro nobis paſſum:mortuũ:& ſepultum. Tertio:ꝙ ad inferos deſcẽderit ad ſanctoꝝ patrũ aĩas ex ãtiquo carcere liberãdas: originalis peccati uinculo iam per ipſum ſoluto:quodq; eas in perhennem gloriam p̄duxerit. Quarto dicimus:eũ reſurrexiſſe a mortuis glorioſum. Quinto ipſum aſcendiſſe in cœlũ:ſedereq; ad dexteram patris. Sexto:& ultimo uenturum iudicare uiuos: & mortuos: totũq; orbem renouaturũ. Itaq; uniuerſam fidem in duodecim principiis:q̃ articulos uocam⁹:cõplectimur. Ad ſũmam. Quçcunq; i canonicis:ſacriſq; ſcripturis cõtinentur:& quç ſancta romana eccleſia credendũ rite decreuit:uel in poſterũ decretura eſt: iuiolabiliter credere tenemur. Hoc itaq; ordine procedentes oſtendimus:nihil nos in huiuſmodi principiis ĩpoſſibile: uel irrationabile in mediũ afferre. ¶ Neq; uero articulus eucharıſtiæ:qui difficultatis nõ minus aliis ad credẽdũ habet:a nobis prætermiſſus putetur. Nã cũ p̄ tale ſacramentũ rationalis creatura ſanctificetur: ad illũ articulũ reduci põt: quo de ſãctificatiõe tractať:quãuis & humanitatẽ xp̄i cõtineat. De quo i his:quç de cerimonialibus ſumus dicturi cum aliis ſacramentis tractabimus:cũ ipſa ſacramẽta obtineãt iter cerimonialia pricipatũ. Sʒ qa in p̄mo libro de p̄mo articulo ideſt de unitate dei ſatis diximus:in quo p̄iter excellẽtiſſimi philoſophi: & omnes fere homines nobiſcum

ſentiunt

ſentiunt:non oportet in eo hic amplius elaborare.

¶ A chriſtiana fide de trinitate nihil impoſſibile: nihil irrationabile aſſeuerari. Cap.iii.

OMiſſo igitur primo principio ueluti notiſ-
ſimo : ſecundũ:quod oium difficillimum
chriſtianis credendũ ꝓponitur:eſt unitas
trinitatis. Confitemur enim tres perſonas
realiter diſtinctas:ideſt patrem:& filiũ:&
ſpiritũſanctũ eſſe unum deum: qđ multi iſulſi conſi-
derantes putant:nos tres deos unum charitatis tan-
tum uinculo appellare:uel eo modo:quo multi homi
nes realiter diſtincti:unus populus nuncupatur. Nos
autem dicimus unum eſſe deum ſimpliciſſimum:& in
finitum:nec aliqd de deo reiicimus:quod a uera phi-
loſophia cõprobatur:quamuis hũc eſſe patrẽ:& filiũ
& ſpiritumſanctũ affirmemus. Nõ ut dixit ſabellius:
uidelicet deum unam eſſe perſonam:quæ ex diuerſis
effectibus aliquando patris : aliquãdo filii:& aliquã
do ſpiritusſancti nomẽ ſortiatur. Nec ſicut arrianus:
q tres perſonas poſuit realiter differentes:dum filium
minorem:poſterioremqꝫ patre: ſpiritũſanctũquoqꝫ
inferiorem filio ſibi confinxit. Sed patrẽ:& filiuꝫ: &
ſpiritumſanctum regia:& media uia incedentes con-
tra ſabellium tres dicimus eſſe perſonas realiter diſtĩ-
ctas:eas tñ ɔtra arrianũ unũ eſſe i natura : & poteſta
te:& gloria coequales. Ita ꝙ qcquid habet pater: ha
bet & filiꝰ : & ſpiritusſanctus:& qcquid habet filius
habet & pater : & ſpiritusſanctus : & qcquid habet
ſpiritusſanctꝰ habet & pater:& filiꝰ. Vñ ĩter eos nõ ẽ
ſicut in creaturis diſtĩctio:ut aliqd habeat una pſona
qđ alia ñ habeat:ſed ſolũ int' has tres pſonas ẽ diſtin
ctio relatiua p has duas enũtiatiões:uꝫ a quo aliꝰ:&

qui ab alio: quicquid enim habet pater: habet & fi-
lius. Sed in hoc diſtinguitur: ꝙ pater hoc habet a ſe:
ideſt a nullo: filius autem illud idem habet a patre:
nec propter hoc minor eſt patre: cum nihil minus ha
beat a patre. Similiter ſpiritusſanctus habet quic-
quid pater: & filius: ſed i hoc ab eis diſtinguitur quia
ab eis illud habet: ipſi uero non id accipiunt ab eo.
Nam perſonæ ad eſſentiam diuinam cōparatæ ſunt
unum: nec ab eſſentia ullo modo realiter differūt: ſed
ratione tantū: inuicē aūt relatæ pſonaliter diſtinguū
tur ꝑpter relatiuā oppoſitionē: & ideo nec filiū patre
poſteriorem dicimus: nec ſpiritūſanctū patre: & filio.
Relatiua eni ſūt ſimul & natura & intellectu: & unū
abſq; alio nec eſſe: nec intelligi pōt. Non enim in diui
nis ſicut i humanis paternitas ab eo differt: qui pater
eſt: & filiatio ab eo: qui eſt filius ſed paternitas & pa-
ter: & filiatio & filius ſunt idē realiter: ſola ratione di
ſtincta. Neq; ꝑpterea facimus ullā in deo cōpoſitio
nem: cū dicimus patrē: filiū: & ſpiritūſanctū eſſe idē
quod eſſentia eſt diuina. Quia (ut iā dictū eſt) pſonę
diuinæ ſunt idē: quod eſſentia diuina: nec ab eo eſ-
ſentialiter diſtinguntur. Hoc igiť eſt: qđ a nobis nul
lo mō intelligi pōt: uidelicet tres pſonas eſſe unū deū
& actū purū: ſimpliciſſimęq; ſubſtātię: & nihilomin⁹
tres illas pſonas taliter inuicē eſſe diſtinctas ut nec pa
ter ſit fili⁹: nec filius pater nec ſpiritusſanct⁹ aut pater
aut filius. Attamē pater ē id: quod filius: & filius id:
quod pater: & ſpiritusſanct⁹ eſt id: quod pater & fili
us: pſonaliter eni diſtinguuť: tamē ſunt una res: una
q; ſubſtātia. Et qa ſicut cognoſcimus: ita & noīam⁹:
deū autē cognoſcim⁹ p creaturas: ideo & a creaturis
noīa dei ſumimus. In creaturis autē proceſſio unius
uiuentis

uiuētis ab alio uiuēte ī ſimilitudinē eiuſdē naturę: & ſpēi generatio noīaṫ: & generās dṙ pṙ generatū āt fili⁊. Idcirco ꝓceſſio unius pſonę ab alia per modū intellectus in diuinis dicit̄ generatio: & pſona a qua procedit alia pater: q̄ autē procedit ab ea: filius nuncupaṫ. non ergo intelligim⁊ in diuinis: quemadnodū in animalibus uel in hominibus eſſe generationem: ſed eſt ī diuinis generatio tota ſpiritualis: filiumq; procedere per modum intellectus: & eſſe uerbum dei patris: & eius ymaginem ſapientiamq; genitam dicimus. Proceſſio aūt ſpirituſſancti eſt a patre & filio per modum amoris: amor enim eſt aliquorum nexus & unio. Verum quia in naturalibus non inuenit̄ aliquid: quod æque procedat imediate a duobus eq̄liter pfectis: ſicut ꝓcedit ſpirituſſāctus a patre & filio: idcirco ꝓceſſiōi ſpirituſſancti nō ita ſpeciale uocabulū: ſicut ꝓceſſioni filii: fuit īuentū: ſed generalit̄ ex parte ꝓcedētis ꝓceſſio noīaṫ: q̄a tn̄ ſpiritūſanctū ꝓcedere dicim⁊ p modū uolūtatis: ſeu p modū amoris: ei⁊ ꝓceſſionē a patre ꝑncipii iſpirationē appellam⁊. Amor. n. quodā modo ipetū quēdā: & ſpiritū in rē amatā ꝑtendit: iō ſpāliter ipſa pſona a patre & filio ꝓcedēs: ſpſſancti nomē ſibi uēdicauit: cum tn̄ & pater ſit ſpirit⁊ & ſanct⁊: ſimiliter fili⁊ ſit ſpirit⁊ & ſanctus. Vn̄ & hęc duo nomīa: qn̄ pſonę ſpirituſſancti attribuunt̄: ꝑ uno: & hoc relatiuo accipiunt̄: quāuis p ſe relationē ſonare n̄ uideāt̄. Cum igitur duę ſint tantum proceſſiones interiores in natura intellectuali: una uidelicet ex parte intellectus: altera ex parte uoluntatis: fides rationabiliter tenet: ī diuinis tantū duas eſſe proceſſiones & tres pſonas. ¶ De hac ergo ſanctiſſima trinitate plura poſſem⁊ afferre: ſed q̄a q̄ ad ſubſtātiam fidei per

tinent:ſcripſimus: nõ oportet ulterius euagari. Qui aũt ſubtilius talia ueſtigaṝ deſiderauerit: cũ oi ſobrie tate:cordiſq; puritate xp̃ianos codices legat:& the ſaurum inueniet infinitum. Nobis eni oſtendere mo do ſatis eſt: relligionẽ chriſtianã nil de trinitate rude: nil ipoſſibile:nil irrationabile demũ ſentire. ¶ Ad co gnitionẽ igitur haꝝ pſonaꝝ per naturalẽ nequaquã rationem nõ poterit ꝑuenire: quia cũ cognoſcamus deum per creaturas:nõ ducimur hoc modo in eius co gnitionẽ:niſi q̃tenus is eſt eaꝝ principium:& cauſa. Non eſt aũt eaꝝ principiũ: & cauſa:niſi per ipſius uir tutem pſonis tribus cõmunem:et ideo p creaturas co gnitionem ↄſequi nõ ualemus:niſi eoꝝ:quæ patri:& filio:& ſpirituiſancto ſunt cõmunia: quo circa p crea turarũ notionem pſonaꝝ diſtinctionẽ attingere neq mus. Ad qd' capiendũ licet ĩbecillitas humana non ſufficiat: nõ debemus tñ reuelata ſacroſancta myſte ria non credere. Ridiculũ eſt enĩ exiſtimare: nihil eſſe ueꝝ:præter qd' intellectus noſtri radio metiri poſſu mus. Cum infinita ſint in deo (uti iam diximus) no bis prorſus abſcondita: & nequaq̃ ĩueſtigabilia. Ra tiones:tamẽ: & argumenta:q̃bus ĩ ſupiori libro fidẽ noſtrã uerã eſſe ꝓbauimus:huic articulo fidẽ aſtruũt: tam& ñ peculiares quædam ꝓbabiles rationes nos q̃nq; adiuuãt:quaꝝ aliquã adducere non pigebit:ut appareat nos ↄtra ratiõem de deo nihil ꝓfiteri:ſed qc qd tenemus multũ ꝓbabilitatis:rõnis:& ſimilitudi nis cũ rebus naturalib⁹ habere. ¶ Cũ eni effectus ſu am cauſã imitari cõet:ex ↄſideratiõe eaꝝ ꝓceſſionũ: quæ in creaturis inueniũt:ad eas:q̃ ĩ deo ſunt: quo dãmodo eleuamur. Multas autẽ in creaturis inueni mus proceſſiones: quæ quanto pfectioris ſunt condi

tionis

tionis: tāto magis pfectę: atq̨ intimæ ſunt. In caren tibus eni uita generatio q̄dam inuenit: ut cū ignis ab igne pcedit: hec aūt pceſſio ſuū in agēte pncipiū hʒ: quod i materiā exteriorē agit: unde minus pfecta: minusq̨ itima reliquū eſt: quas dehinc ſubiūgemus. In uegetabilibus eni pfectiorē inuenies: & intrinſecā magis pceſſionē: quia id: qđ generat in plantis: eſt i pncipio pducendi ꝯiunctū: uerū in fine ab eo ſepatur. At in aīalibus eſt q̄dam in ſenſibus pceſſio: q̄ adhuc magis pfecta: ſpiritualiſq̨: & intima eſt q̄ plantaꝝ iuicē pceſſio: qa actus ipſius ſenſus remanet i ſenſu: nec exterius emanat: ab extrinſeco tamē pueni t obiectio: unde adhuc pfecte interna nō habetur pceſſio. In hominis aūt intellectu hæc pfectior: magiſq̨ itima inuenitur: quia actus intellectus ſup ſeipſū reflectitur: unde ex his: quę iā tenet homo: ꝯtemplari pōt: & uerbum mentis intus reconditum concipere. Hincq̨ in amore conceptæ rei prorumpens: in ſeipſo pſonarum quodāmodo effinger trinitatē ideſt: itellectus uerbi: & amoris. Verum hæc pceſſio intellectus noſtri incipit a ſenſu: ſicut oīs noſtra cognitio: & ab initio pendet exteriori. Si aūt ꝯuertamur ad āgelicū itellectū: q nullā a ſenſibus ſcientiā capit: & naturaliter eā poſſidet: tū excellentiorē: atq̨ interiorē in eo pceſſionē uerbi: & amoris compiemus. Verū qa totus angelus pēdet a deo: hic & ipſe quoq̨ ab extrinſeco eſt: neq̨ eius itellectus: nec uerbū: nec amor eſt ipſius ſubſtantia: unde pceſſiones: quę in angelis iueniūt: aliqd imperfectionis habēt: & intimæ pſus nō ſunt. Cū igit uideamus: ꝙ quāto nobiliores ſūt creaturæ: tanto pceſſiones in eis ſūt magis itimæ: ac pfectiores: cumq̨ effectus ſuam cauſā emulet: quid irrationabile dici

mus:qn̄ in deo:qui oēs in īfinitū creaturas excedit: ꝑ
fectiſſimas ꝓceſſiones : maximeq; ītimas ponimus:
quæ nec ab extrinſeco ꝓueniunt:nec a dei ſubſtantia
differunt:quaſq; oēs creaturæ imitari conant̄ : licet
longe ab illa pfectiōe defficiāt. Quia diuinę pſonę a
nulla cauſa depēdēt:ſed ſūt unus deus:q eſt oīu; cau
ſa:et ideo tres pſonæ extant unū in ſubſtātia: & rela
tiōe oppoſita diſtinguntur. Ex ꝓceſſione.n.unius ad
aliū de neceſſitate relatiua ſequit̄ oppoſitio : & diſtin
ctio ꝓcedētis ab eo:a quo ꝓcedit int̄:quos:ſi realis il
lic ē ꝓceſſio:ibidē neceſſe ē oppoſitio ſit:ꞇaliſq; diſtin
ctio. Relatiōes aūt in diuinis nullā ponunt īpfectio-
nē:cū relatio ex ſua rōne ad aliqd : ſed nō aliqd ſigni
ficet. ¶ In homine quoq;: q inter oīa naturalia ad d'i
ſimilitudinem magis accedit : inuenit̄ quędā in parte
ſpirituali trinitas:uidelicet intellectus uerbi : & amo
ris. Dū eni actu deū intelligit:ɔcipit de deo uerbū: &
ex hoc in ei⁹ amorem ꝓrumpit:quāquā hæc trinitas
a diuina plurimū diſtat. Quia cū de⁹ ſit imutabilis:
& ætern⁹ & in eo nil detur impfecti:nō ſunt in ipſo ſi
cut in nobis uerbū eius: & amor accidentia:neq; mō
adueniūt: & modo recedūt : ſ; ſemp & ab ęterno uer
bum: & amor fuerūt in deo eiuſdē cū pr̄e ſubſtantię.
Hinc tn̄ appet:ꝙ irrationabile nihil deo:quin potius
qd' rōni ɔſonū eſt tribuimus. ¶ In oībus īſup creatu-
ris multiplex trinitatis ueſtigiū inuenit̄:cū oēs ex pri
cipio:medio: & fine cōpleant̄:et in cunctis ſit ſubſtan
tia:uirtus: & operatio : & eiuſdē generis alia:ex qb⁹
quædā reſultat trinitatis ipreſſio. Cui dicto peripa te
ticoꝝ princeps ariſtoteles ſuffragari uidet̄:qui ratiōe
non fide ductus in principio ſui libri de cœlo & mun
do numerum trinariū cōmendans : omnia inqt ex tri

bus ↄſtar̃ uidenr̃.) Vbi pythagoricos affert dicentes: oia tribus eſſe determinata: uidelicet pncipio: medio: & ↄſumatiõe: & hoc quoq3 ait ad ſactificatiões deorum a natura transfertur acceptũ. Et in nominationibus duos nõ dicimus oẽs: ſed cum ad tertium pueneris: ſtatim oẽs dicere poteris: omne aũt: & totũ: & pfectũ idẽ eſſe uidẽtur. Vnde ſubinfert: corpora p fectas eſſe magnitudines: qa tribus ↄſtant: uidelicet lõgitudie: latitudine: & pfunditate. Ex qbus pſpicuũ eſt: non iprobabile eẽ qcqd de trinitate diuina credim⁹: qđ & ſi hũano itellectu capi non põt: hoc unũ tñ cum reliquis rationibus ſupradictis declarat: huiuſmodi fidem non fuiſſe humana inuẽtione traditam. Quia cũ đ deo iſcrutabilia pferat: nihil tñ philoſophiæ: eiuſq3 principiis ↄtrariũ adducit: qui poti⁹ oia philoſophiæ pncipia nobis deſeruiũt: & ad facilẽ q̃ſtionũ oiũ ſolutionẽ aſtipulanr̃: quod potiſſimũ eſt ueritatis argumentũ.

¶ Chriſtianã fidẽ de creatiõe nihil ipoſſibile: nihil irrõnabile affirmar̃. Ca. iiii.

Conſideratis itaq3 iis: quæ ad dei maieſtatem ſecundũ ſe pertinent: nunc ea aggrediamur: quę ipſi in ordine ad creaturas competũt: & primo quoad eẽ naturale. Credim⁹ enim deum ex tempore omnia creaſſe ideſt tã uiſibilia q̃ inuiſibilia ex nihilo in pncipio feciſſe: qđ nõ alienũ a ratiõe: ac ueritate putandũ eſt: cum omnes ↄfiteanr̃: deũ eſſe pmã oiũ cãm: a qua cœlũ naturaq3 depẽdet. Quid aũt aliud agit cã efficiẽs q̃ q͏ ad eẽ ſuos ↄducit effectus: cu3 ergo alicuius actionis principiũ q̃to eſt pfectius: tanto pluribus: & remotioribus cõmunicet: deuſq3 ſit actus purus: fateri op3 dei potẽtiã ſe ad eſſe omniũ ſecundum ſe extendere: ab eo omnia entia

dependere. ¶ Præterea: :licet actus ſit potētia poſte-
rior in re: quæ de potētia ad actum reducitꝰ: tñ actus
ſemp eſt abſolute prior potentia. Non. n. pōt potētia
redigi in actū: niſi per aliquid in actu exiſtens. Cū er
go ſolus deus ſit eſſe ſuū: & actus purus (ut in primo
libro probatum eſt) omnia ipſe antecedere oportet
ab ipſoq; omnia fiant. ¶ A b eo uero omnia ex nihilo
eſſe facta. i. nullo pſuppoſito: uel nulla piacente ma-
teria: ꝯuenientiſſimū eſt fateri. Particularia. n. agen-
tia tā naturalia q̄ artificialia materiā pſupponūt: &
ex illa aliqd pducūt: quia tota rei ſubſtātia ab eis mi
nime dependet: non. n. eſſe ſimpliciter: ſed eſſe hoc tri
buunt. Verū deus: qui eſt cauſa uniuerſaliſſima: dat
eſſe ſimpliciter: quia ei reſpōdet uniuerſaliſſimis effe
ctus: qui eſt eſſe ſimpliciter: & ideo nil eſſe poteſt; qđ
a deo non emanarit: nihil ergo in actione dei pſuppo
nere oportet. Siqd. n. concederetꝰ: aut id haberet eſſe
a deo: aut nō dei ſummatꝰ negatio: ſequitꝰ deū nō eſſe
cauſam oīum efficientē: qđ ſupius redargutum eſt. Si
aūt pbeatꝰ affirmatio. Aut ex nihilo: aut ex aliquo il
lud pductū fuit a deo. Si ex nihilo: habetur ppoſi-
tum. Si ex aliquo: queritꝰ de illo alio: unde hoc pdiit
& utrum habeat eſſe a deo: an nō: & ſic ad eandē re-
grederemur qōnem. Itaq; uel pceſſus erit in infinitū:
qđ eſt abſurdū: aut merito concedendū erit: ꝙ ex ni
hilo deus res in eſſe pduxerit. ¶ Quia uero deus non
ex neceſſitate naturæ: ſed ex uolūtate agit (ut ſupius
demōſtrauimus) haud neceſſe eſt ab æterno mūdū a
deo fuiſſe creatū: ſed eo tpe: qđ ſapiētiſſime ipſius diſ
poſitiōi uiſū eē aptiſſimū: atq; id ꝯueniēs: & utile ēt
aliqua rōne pbari pōt: (ſaluo ſemp iſcrutabilis illius
maieſtatis oculto ꝯſilio:) oīa ſiqdē pp electoꝝ ſuoꝝ
fecit

fecit utilitatē:ac bonū:qđ maxime ī ipſius dei cogni
tione ↄſiſtit. Ex quo igitur mundū nō creauit ab ęter
no: ꝑfectior eius reſultat cognitio. Deum ex hoc ꝑ
cipitur:eundē eſſe ita perfectū:ut ſibi pleniſſime ſuffi
ciens nulla indigeat creatura. Si enī eſſet alicuius ex
ternæ rei indignus:nō diſtuliſſet ab infinito tp̄e eam
creare. Et hæc de reꝝ creatione ſufficiant:quia ab ali
is diffuſius tractata ſunt:q̄rentibus inuentu minime
difficilia. Rōnes aūt:quibus Ariſtotiles: ac pleriqꝫ
phoꝝ æternitatē mundi probare conantur:a theolo
gis noſtris facile ſoluuntur:ut cuilibet patet uel me
diocriter in his erudito.

¶Chriſtianam fidem de creaturæ rationalis ſancti
ficatione:deqꝫ eius gloria: & reſurrectione: nihil im
poſſibile:nihil irrationabile atteſtari. Cap.v.

DE ſanctificatione aūt creaturę per ſupcæle
ſte gratiæ donū arbitror:nō oportere nos
alia dicere:præter ſuperi⁹ dicta de fine hu
manę uitæ:medioqꝫ ad ipſuꝫ perueniēdi.
Oſtenſum eſt.n.hoiem ad finē ſupnaturalē eſſe ordi
natū:quē nō niſi p ſupcæleſte mediū: hoc eſt p diui
nā grāꝫ ↄſeq pōt:quā deus:q neceſſaria oib⁹ ſubmi
niſtrat:nemini ſubtrahit rite ſe p̄paranti. ¶De nr̄æ
quoqꝫ aię gloria ſatis dictū uidetur: cū in uiſione ſo
lū diuinę eſſentiæ per illuſtrationē:eleuationēq; lumi
nis gloriæ eā beari ꝓbauerimus. Quapropter ex prę
dictis facile itelligere poſſumus:xp̄ianos circa hmōi
res nihil inaniter: aut temere:quinimmo rationabi
liter ac grauiter profiteri. ¶De reſurrectione quoqꝫ
mortuorum nihil rationi diſſonum aſſerimus. Quā
uis.n.natura fieri nō poſſit:ut idē numero corrupt
reſurgat:aut regenereť:eo ꝙ natura eſt ad unū op

di modũ determinata: & aliter ſe haberẽ nõ põt: tñ cũ iam ꝓbatum ſit: diuinã uirtutẽ eſſe infinitã: & huic reꝝ ordini: quẽ cernimus: minime alligatã: ſed innumera alia facere poſſe: mortuorum ſuſcitatio ut pfacilis: nõ ut ĩpoſſibilis ipſi deo eſt tribuẽda. Nã ſi is ex nihilo cũcta ꝓduxit: qđ agẽtia naturalia facere nequnt: multo magis ex aliquo aliqd facere: ac defũctis uitã reddere poterit. Neq3. n. ſic moriť hõ: ut ĩ nihilũ pꝛſ⁹ abeat: ſupſtite adhuc aĩa: quæ (ut in pmo libro oñdim⁹) ĩmortalis eſt. Tũ ẽt ipſa corpis materia pria ĩcorruptibilis ſupeſt. Q đ ſi uel ĩnihilũ hõ uertať: ſũmus ille opifex reꝝ dep̃ditaꝝ: & nullũ oĩno hoĩe3 ea facilitate rſtaurare poſſet: q̃ ãteq̃ eẽnt cũcta creauit. ¶ Itaq3 qđ de reſurrectiõe mortuoꝝ tenem⁹: nequaq̃ impoſſibile aut incõueniẽs: ſed rõnabile: & expediẽs: neceſſariũq3 uidebiť recte ↄſiderãti. Si. n. aĩa intellectiua eſt corpis forma: eadẽq3 ĩmortalis extat: ut ſupra diximus: erit ↄtra aĩæ naturã a corpe ſeparari: atq3 ſine eo pmanere: nihil aũt ↄtra naturã põt eſſe ppetuũ: quia diuinæ ſapĩæ nõ cõuenit: ergo iteꝝ redibit ad corpus. ¶ Anima inſup nõ habet eſſe pfectũ ſine corpore: oẽ aũt impfectũ ſuã deſiderat pfectionẽ. Si ergo aĩa nr̃a a corpore ſeparata: regreſſu ad illud careat: nũq̃ uere integræ beatitudinis compos erit: hoc deſiderio ſemp accẽſa: qđ ab eo remoueri nõ põt: cũ ſit ei naturale. Hoc aũt icõueniẽs eſt qa ſupma beatitudo oẽ explet undiq3 deſideriũ: rõnabile eſt ergo cõfiteri reſurrectionẽ mortuoꝝ. ¶ Illi præterea beatitudo debeť: q recte uiuit: in hac aũt uita nõ aĩa recte uiuit: ſed hõ. Idẽ eſt eni ſiqs aĩa3 dicat recte uiuere: aut edĩgẽre: ac ſi nere: uel texere: aut ſimile qdpiam eã facere putet. Nihil ãt illi tale tribuimus: ſed homini: actiones

tiones.n.ſunt ſuppoſitoꝝ:& forma eſt id:quo aliqd fit:nõ id qd facit illud: ſi ergo hõi debet̃ beatitudo: neceſſaria eſt corpoꝝ reſurrectio. ¶ Ad diuinã itaq; ꝓuidẽtiã ptinet:q̃ bonis p̃mia:reiſ ꝗ ſupplicia eq̃ lãce diſpẽſat:ut hoĩb⁹ex corpe:aia ꝗ cõpoſitis:ↄiunctim q; merẽtibus : aut demerẽtibus iuſta ſimul reddant̃: pſerti cũ bõi in hac uita:quo ad corp⁹ attinet:pluriꝰ mũ macerent̃ & affligant̃:mali ãt ↄtra delitiis:& uo luptatib⁹affluãt:p̃ualeãt:& extollãt̃.Cũ ita ꝗ apud deũ:q exactiſſimã h̄z oĩum ꝓuidẽtiã:nullũ malũ im punitũ:nullũq; bonũ ſit irremuneratũ:ↄueniẽs eſt ac neceſſariũ reſurrectionẽ corpoꝝ cõfiteri:ut uniuſqſꝗ q; cũ corpe r̃cipiat: q̃lia cũ eo ſit admiſit. ¶ Immorta les iſup reſurrecturos hoĩes credere ęquũ ẽ:ſi.n.iteꝝ illis moriẽdũ eſſet ꝑpter rõnes p̃dictas : reſurrectio nẽ ſepi⁹ repeti oporteret. In qua ſi rurſus corpa mor talia ſumerent:poſt mortẽ ob eaſdẽ rõnes oporteret aliã dare reſurrectionẽ: aut ergo cogemur fateri ſine fine hoĩes mori:ac reſurgere:qd eſt abſurdũ:aut aſſe rere aĩas hoĩum ad imortalia corpa in prima reſurre ctione redire:ut hõis beatitudini inuiolabilis corpũ perẽnitas tribuat̃:qđ ẽ rõni maxime cõſonũ. ¶ Quia uero materia formæ ꝓportionaliter r̃ndere debet:cũ aĩa beata gloriæ lumine ſit pfuſa:& ſupnaturalibus ornata qualitatibus: pfectiõibuſq; referta:indignũ foret:ut hmõi aĩa ignobili tegmine uteret̃. Iõ per dei uirtutẽ aĩæ gloria redũdabit ĩ corpus : fulgebit ſicut ſol in regno dei:& prorſus obediens animæ factum mira agilitate feretur : nihilq; deſit : quin homo ſit omni ex parte perfectus. ¶ Quoniam inſuper omꝰꝰ nia corpora propter hominem facta ſunt: nos enim ſumus omnium naturalium finis : conuenientiſſime

dicit: q̄ toto homine glorificato mundus hic pariter glorificabit: nouãq̃ pfectionis illustratione accipiet: ut ea: q̄ ſūt ad finē: ipſi ɔueniāt. ¶ Et qa homo nullis tunc alimentis: nulliſq̃ corporis neceſſitatib⁹ erit ob noxius: ratiōabiliter ɔcedim⁹: motū cœli tūc qetur: cętera uero aīalia uegetabilia ac mixta reſoluent ī ęle menta: & p ignis incēdiū: q ſūme eſt actiuus: depura tas nouas īducēt q̄litates: glorioſaq̃ claritate: ac uir tute irradiata perſiſtent: atq̃ ita beati cum domino ſemp erimus.

¶ Christianam relligionem penas damnatorum cō uenienter ponere Cap. vi.

Quemadmodū ergo beatis locus cœli ɔpetit glorioſus: ita & dānatis lōge a deo ſemotis loc⁹ mūdi exigit īfimus: ut ſubterraneo opa coq̃ carcere ppetuas luant ſuorū ſcelerū pe nas. Nec iniuſtū uideri debet ppetuis illos cruciari tor mentis: nā ſicut humana iuſtitia ad humanā rēpubli cam ſe ſe h̄z: diuina iuſtitia ad cęleſtē: ſ; hūana iuſti tia aliquos deliq̄ntes uł exilio: uł necis aliquo genere a ppetuo reipublicę cōmertio abſcidit: ita & diuia iu ſtitia a cōione cæleſti aliquos reiicit in ppetuū: non tā per tranſitoriū peccatū: q̄ ob infinitā uoluntatis īpeti tudinem: & in ipſo crimine ptinaciā. ¶ Rationabile eni eſt: ut q delectatiōis tpe nec optionē eternæ glorię fruitioni ptulerit: qq̃ ſi modo ɔceſſū eis fuiſſet: i uo luptatū ſordibus uſq̃ q̄q̃ pſtitiſſent: ppetuo puniāt ut pena ipſi culpæ rn̄deat: pſertim cū hō extra pſētis uitæ ſtatum quodāmodo ſit ī ſui motus termino: nec ampli⁹ quæ ī uita ɔcedit: adſit ei facultas finē ultimū ɔſeq̄ndi. Quia igit hoīes ī reſurrectiōe ad ſtatū termi ni: nō aūt uitæ transferēt: iniuſti ibūt ī ſuppliciū ęter

nū:& iuſti in uitā eternā. ¶ Et qa (ut dictū eſt) nō anima ſolū: ſʒ hō ipſe opaт: qđ de beatis aſſeruimus ī remuneratione toti⁹ aggregati ɔuenire: idē damnatis in retributionē penę reſultabit: ut ſociū habeāt dānatiōis: qđ ꝑ icendio habuerūt: erroriſqʒ fomēto: ꝗuis autē apud inferos p̄ter ignē: alia quoqʒ penaꝝ genera ponamus: qa tñ iter oīa corpora ignis eſt maxime actiu⁹: eius pena ſola tanq̄ pncipaliſſima noiат. Sciēdum eſt aūt: ꝙ dānatoꝝ corpa ꝗuis glorioſa non ſint haud ita tñ ab igne corporeo afficient: ut corruptiōi: tranſmutationiqꝫ ſubiaceāt. Diuina nāqꝫ uirtute ita firma illoꝝ corpora ſolida ꝗ reddent aiarum nexib⁹: quo ad eſſe naturę: ut minime diſſolui: aut alterari q̄ ant. Sed qa pditorum animæ ꝑ obliquam uolūtate a ſuo conditore auerſæ ſunt corpus: non omnino ſibi ſubſtantiam poſſidebūt: idcoqꝫ igni corporeo cruciabuntur. Quatenus ignis q̄litas propter ſui excellētiā eq̄litati complexionis: & ɔnaturali harmoniæ ſēſuū repugnauit: & ſi eā ſoluere nō ualebit. ¶ Nō tñ eo modo ſpirituales creaturæ: quas dęmonia nūcupamus: ab igne patient. Sed per alligationis modū: ueluti ſuperioꝝ dęmonū poteſtate iſeriores ſpiritus ꝑ incantationes: & maleficia ſculpturis: aut imaginib⁹ corporeis alligari dicunт. Si hāc.n. poteſtatē ſupiores dęmōes i minores exercēt: quāto magis de⁹ oēs igni corporeo poterit alligaт? quę res penā iſert maximā: ubi ſe reb⁹ iſimis p̄ter ipſoꝝ naturā reuinctos cōſpiciant. Et forte ignis ille tanq̄ diuinæ iuſtitiæ inſtrumētū aliquo modo eos torquebit: quem nos modo inueſtigare non poſſumus.

¶ Chriſtianā relligionē de chriſti incarnatione nihil impoſſibile: nihil idecēs: aut irrōnabile ſētire. Ca. vii.

CRedit ēt chriſtiana relligio: & inuiolabilit tenet deū filiū dī eē hoīem: eiuſq; pſonā ſubſiſtere ī duabus naturis: diuina. ſ. & hūana. Talis. n. tātaq; utriuſq; naturæ ī illius pſonā facta eſt unio: ut idem ſit deus & hō huic aūt unioni aſſimilari nihil pōt in rebus creatis. Nō. n. eſt ſicut lapilloꝶ aggregatio: atq; cōpactio: ita. n. deus hō nō eēt. Nec ſe hꝫ ſicut unio partiū ad ipſū totū: cū totū ex partibꝰ pēdeat: xp̄us aūt deꝰ nō pēdet ab aliquo. Nec ſicut unio accidētis ad ſubſtātiā: cū ī deo accidēs eē nō poſſit: Nec ſicut unio elementoruꝫ in mixto: qa hoc eſt a diuinitate alienū. Nec ſicut unio aīę ad corpꝰ: qa diuinitas eē corpis forma ñ pōt. Nec ſicut unio aliq̄ in creaturis rep̄ta: qa diuina hęc ac admirabilis unio oēꝫ excellit creaturæ uirtutē. Nā cū in q̄libet pfecta ſubſtātia natura īueniaī atq; ſuppoſitū: q̄ ī rebꝰ p̄ſertī materialibꝰ idē p̄rſus nō ſunt: ſacta nihilominus tradit fides: hūanā naturā p̄priū in chriſto ſuppoſitū: ſiue pſonā p̄priā nō habere: q̄ ex ſe. ſ. habuiſſet: ſi ñ eſſet uerbo dei unita: ſed p illo ſuppoſito diuinū ſuppoſitū ī illa ſubſiſteret dū pſona filii dei naturam hāc in p̄mo ſuæ creatiōis inſtanti: ut in ea ſubſiſteret ſibi ipſā uniēs p̄occupauit. Suppoſitū āt ſubſiſtēs in natura hūana eſt hō: & in natura diuina eſt deꝰ. Cū igitur perſona: ſeu ſuppoſitū filii dei in utraq; natura ſubſiſtat: uere ē deus & hō: hoc autē nec impoſſibile eſt: nec irrōabile. Deus ſiq̄dē omnia pōt: quæ ɔtradictionem non implicant: inuicē nanq; contradictoria rationem entis habere non poſſunt. Deum autem eſſe hominem modo prædicto: contradictionē non implicat: ut de ſe patet. Non enim diuinitatis maieſtas propter hoc aliquaꝫ recipit mutationem: ſed natura humana

humana trahit: & extollit ad excellētiſſimā unionez ex infinita dei potētia: q̄ multo plus pręſtare pōt q̄ ul lus poſſit intellectus cogitatione cōplecti. ¶ Rōnabi le quoq;: cōuenienſq; uidebit recte cōſideranti: qa ex hac diuini uerbi incarnatiōe īnumerabilia bona uni uerſo orbi: teſte expientia ꝑuenerūt. Nam poſt ipſius xp̄i aduentū: pulſis: fugatiſq; erroribus: ſol mundo nouus apparuit. Et qa difficile: imo impoſſibile foret cūcta inde ꝑfecta beneficia recēſere: principalia quæ dam recolemus: ut rōnē eius incarnatiōis: & ꝯuenien tiā afferamus: ¶ Primū ſiqdē hōi ad beatitudinē ten denti tāta diuini uerbi dignatio efficaciſſimū fuit au xiliū: qa: ſicut iaz ſupra oñdimus: hōis beatitudo in diuinæ eſſentiæ uiſione conſiſtit. Poterat aūt hoc im mēſa dei ſublimitate cōſiderata: iuxta humani tenui tatē intellectus hoiem tāq̄ ab impoſſibili deterere: iō ſibi conueniēter naturā uniuit humanā: ut mortali bus argumentum daret: unionem intellectus noſtri cum deo non impoſſibilē eſſe. Maior ſiquidē eſt ad di uinam pſonā humanæ naturæ cōiunctio: q̄ ipſius in tellectus ad deum tanq̄ ad obiectū. Hinc poſt xp̄i hu manationem euidētius cepe hoies emergere: & intē tius ueræ beatitudini aſpirare. ¶ Ex xp̄i quoq; incar natione naturæ ſuæ excellentiā hō cognouit: intelle xitq;: ut infra deū nulla ſibi creatura ſit finis: nihilqz quo adhoc ipſum excellat: niſi ſolus deus: qui factus homo naturaz īmediate aſſumpſit humanā. Idcirco poſt tanti muneris perceptionem: idolorum: & omni um creaturaruz infra deuz: cultu neglecto: relictiſqz diuitiis: & honoribus: ac huius ſeculi uoluptatibus ſpretis: ad ſolum uerum deum colendum ſe ſe mor tales dedicarunt. ¶ Cum nr̄a itē beatitudo in dei ui

ſione cõſiſtat: quæ noſtri facultatẽ itellectus excedit
ñ poterat certa cognitio: aut ſpes beatitudinis huius
per ſolũ rõnis lumẽ haberi: queadmodũ excellẽtiſſi-
morũ phõꝝ: qui in ea inueſtiganda defecerũt: labor
oñdit. Conuenienter igit͛ deus: qui peculiarem hoi-
um prouidentiã habet: carnẽ aſſumpſit: ut nos eiuſ-
modi tã neceſſariç cognitionis: ac ſpei redderet certio
res: deo enim oẽs ſine dubio credunt: ex quo uidem⁹
poſt aduentũ filii dei maiorẽ diuinorũ iſtructionẽ: ac
claritatẽ ꝙ anteã ꝓceſſiſſe. ¶ Præterea: hoiem materi
ali: ac carnali cõpede uictũ ad illi⁹ beatitudinis amo
rem ſuccendi oportebat: ad qđ humanatio ſaluato-
ris nñi potiſſimũ fuit incitamentũ: cũ nihil nos æque
ſicut illius amor obſtringat: ut amoris uices rependa
mus. Nullo aũt mõ ſuã erga nos charitatẽ ꝙ per hoc
ineffabile ſuç incarnatiõis: & maximç pietatis ſacra-
mentũ poterat efficatius apire: proptereaqꝫ ingẽs uti
litas hinc in mundo apparuit: dum hoies uidimus ar
dẽtiori dehinc diuinaꝝ rerũ ſtudio inflamatos: fami
liaritatẽ: amicitiãqꝫ (ut ita dixeri) cũ deo: ac ei⁹ ange
lis ɔtraxiſſe. ¶ Ad hæc: cũ ad beatitudinẽ tẽdẽtib⁹
mediorũ certitudo ad eam ducẽtiũ requirat͛: p ipſam
filii dei icarnationẽ tale beneficiũ cumulatiſſime eſt al
latũ. Q đ qdẽ hoc argumẽto potiſſimũ ɔſtat qa. ſ. de
hinc mũdus multo magis ꝙ antea uirtutib⁹ floruit:
incomparabiliſqꝫ uitæ culmẽ adeptus eſt. Poſtquam
enim deus homo eſt factus: uerbo & exemplo nos co
ram inſtruens: dubitare potuit nemo: quin illius ſe-
mita ea ipſa eſſet: quæ nos rectiſſime: ac certiſſime
ad beatitudinem ducat. Ecce igitur: ꝙ nihil im-
poſſibile: aut irrationabile de humanati uerbi my-
ſterio fides catholica aſſeuerat.

¶ Chriſti

¶ Xp̄i natiuitatē ex uirgīe: nec ip̄oſſibilē: nec irrōnabilē: ei⁹ aūt uitā ɔuenīētiſſimā fuiſſe. Ca. viii.

His igit̄ demōſtratis: ñ erit iā difficile alioꝝ articulorū poſſibilitatē: ac ɔuenīētiā d̄clarar̄. Si .n. potuit de⁹ hō fieri: ip̄ū quoq; fieri filium hōis ip̄oſſibile nō erit: ut .ſ. uirginis fili⁹ iuxta catholicā aſſertiōem uere credat̄. Nā cū generatio ſit ſuppoſiti nō naturæ (nō enī natura hūana: ſꝫ ſuppoſitū: qd̄ in ipſa ſubſiſtit: generat̄) cūq; ī natura humana diuinū ſuppoſitū ſubſiſtat: & uere ſit hō nō erit ip̄oſſibile: eū a muliere naſci: nō ea rōne: qua ē diuinū ſuppoſitū: ſed q̄ rōne eſt in natura hūana a muliere ſūpta ſubſiſtēs. Quāuis āt & alio mō q̄ ex muliebri cōceptu carnē humanā aſſumere deus ualuiſſet: ut ſi ex terra corpus hōis illico produxiſſet: cōuenīētius tñ: ac magis expedīēs fuit: ut carnē aſſumēs ex muliere naſceret̄. Quia ad humilitatē: & charitatē ꝓpenſius nos īuitat: qñ nō dedignatus eſt oīum parens in terra habere: parētē nr̄æq; īfrmitatis ſubire diſpēdia & q ullas ꝓrſus neſcit anguſtias: uirginalis uteri clauſtra more alioꝝ hoium mēſes nouē pferre cæteraq; ultro laborioſę: ac mendicæ uitę ɔcōmnda ſuſtinere: parētūq; & ɔſanguineoꝝ: ac patriæ habere neceſſitudinem. ¶ Fuit quoq; conuenientiſſimum ipſi uerbo dei: ut ex incorrupta uirgine naſceretur: ut qui habet in cœlis patrem ſine corruptione & ſine matre: haberet quoq; ī terris ſine labe: ac ſine patre integerrimā matrem. ¶ Q d̄ ſi cuipiam ip̄oſſibile forſan naturaliter uideret̄: uirgineum florem cōceptione: & partu non uiolari: diuinæ ratio potentiæ omnis intellectus captum ſine fine excedens facilitatem oſtendit: quæ etiā cognitu non eſt difficilis. Videmus enim in naturali-

bus uitã habẽtibus ip̃fectã: ut in plãtis: agens & pa/tiens in generatiõe nõ diſtingui: ſed i eodẽ actiuã eſſe uirtutẽ: atq; paſſiuã. In his aũt: q̃ uitã ſortiũtur pfec tã: ꝑpter pfectiorẽ generationẽ: agens: ac patiens di ſtinguntur: & ideo ad organa corporis iformãda fœ mina: ut agens nõ exigit: ſed maſculus: i quo uirtus eſt actiua. Alioqn nõ oportebat in aialiũ generatiõe duo cõcurrere: niſi uni uirtus actiua: & alteri paſſiua fuiſſet a natura diſtributa. Licet ergo aliq̃ uirtus acti ua in p̃parãda ad geniturã materia fœminæ poſſit a ſcribi: in q̃ bona uẽtris req̃rit diſpoſitio: quæ fomẽtũ p̃beat proli: in ea tñ nõ eſt uirtus actiua: ac formati/ua cõceptus: ſed in ipſo tãtũ ſemine maris: quod non materia humani corporis: ſed ſolũ ꝑncipiũ eſt actiuũ: Nec tñ ad ꝯcipiẽdũ fætũ oportet: ut queadmodũ ſe/mẽ uiri eſt actiuũ ꝑncipiũ ita & ſemẽ mulieris neceſſa rio adſit: ut ꝑncipiũ paſſiuũ. Nã experiẽtia ꝯpertũ ẽ: plures mulieres abſq; ſui ſeminis interuentu fecũdari dicendũ eſt itaq; menſtruũ i eis ſanguinẽ ſeminis loco haberi Quia eni calor uirtuti generatiuæ deſeruiens præ uirili calore i fœminis dimiutus eſt: ñ in ipſis fœ minis ſicut in maribus alimenti ſuperfluum ita dige ri poteſt: quapropter tanq̃ deficiens a cõpleta ſeminis digeſtione: remanet ſub forma ſanguinis: qui talis abſolute non eſt: qualis per actum uirtutis nutritiuę generat̃ ex cibo: ſed quod reſiduum eſt: ab ultima di geſtione nutrimẽti in fœminis uirtute generatiuę po tentiæ miniſtratur & præparatur: ut debita ſit mate ria corporis humani. Quia ergo deus infinita ſua uir tute imediate per ſeipſũ ꝑducere põt: qđ alias per agẽ tia naturalia efficit: cum etiam poſſit creare: quid mi rum: ſi eiuſmodi uirtute ex puriſſimo uirginis ſangui ne corpus

ne corpus chriſti formauit uirilis ſeminis uirtutẽ ſpi- ritusſancto ſupplẽte? Atq; hoc pacto beatiſſima uir go idoneæ iam etatis: cæterarum more mulierũ pu- riſſimũ ſanguinem abſq; ullo uirili concubitu ſubmi niſtrarit? ⁋ Sed forte non minus difficile uidet̃: ꝙ ex inuiolato uirginis utero chriſti corpus iam formatũ ꝓdierit: ſic enim ratio dictat: duo ſimul corpora fuiſ ſe. Ad qđ reſpõdemus: quod quãuis duo ſimul cor- pora in eodẽ loco naturaliter eſſe nõ poſſint: tamen nulla contradictiõis obſtat implicatio: quin a deo id fieri poſſit. Si. n. per corpus intelligeremus ſpatiũ: qđ antiqui philoſophi locum uocabant: trina uidelicet dimenſione contẽtum: hoc eſt longitudine: latitudĩe & profunditate: per ſe ſubſiſtẽte: cuiuſmodi eſt cor- pus in prędicamẽto q̃titatis: impoſſibile forſan uide ri poſſet: duo ſimul omino corpora eſſe: quia ſi tales dimẽſiones darẽtur a materia ſepatę: nõ poſſent alio modo q̃ per ſitum diſtigui. Si ergo duę uel plures eſ- ſent in eodẽ ſitu: ſeq̃ret̃ ↄtradictio: ut ſcʒ plures & nõ plures eedẽ eſſent. Sed cũ q̃titas nõ ſeparet̃ a materia ſubſtantiali: quę ẽ ꝓpriũ eius ſubiectũ: poſito ꝙ duo corpora in eodẽ ſint loco: & coꝝ q̃titates in eodẽ ſitu ñ reſultat aliqua ↄtradictio. Quia licet illoꝝ corpoꝝ q̃titates ex ſitu ipſo ñ diſtinguant̃: remanet tñ diſtin tio iter eas ex ſubiecto: qa ſingulæ diſtinctis materie bus inhærent: non eſt ergo impoſſibile uirginalem al uum ĩ ortu chriſti clauſũ ꝑtitiſſe. ⁋ Et qa chriſtus ue nit in hũc mundũ: ut uitæ nob̃ p̃beret exẽplũ: beati- tudiniſq; uiã oñderet fuit ↄueniẽs eũ cũ hõibus ↄuer ſari: ne ſolitariã uitã duceret: ut ꝑ ipſius p̃dicatiõem ac uitã ad deũ haberemus acceſſũ. ⁋ Itẽ: qa rõnabile eſt: ut q cũ hominibus conuerſat̃: ſe eis ĩ cõuerſatiõe

ubiq; prędicat fides. Superius igr̃ demõſtratum eſt: mundum: & qcq̃d in eo continet: nõ ab æterno: ſed in tempore beneplacito certa rõne a deo fuiſſe creatũ In quo hominem ueluti partem mundi corporei principalem tum creauit. Et quia anima hominis intellectiua eſt imortalis: & nobiliſſima: corp? illi imortale ac ſubiectũ minimeq; repugnãs ɔuenire uidebat̃. Dignum enim eſt formam: atq; materiam mutuam habere proportionem: formæq; materiam ſubiici: inferiorinq; naturæ dominari ſuperiorem. Sed quia omnis animæ intellectiuæ cognitio naturaliter pendet a ſenſibus: qui non niſi in corpore ex ælementis compoſito: carneoq;: ac corruptibili eſſe poſſunt: neceſſe fuit huiſmodi corpus animæ cõceſſũ ſicut corruptibile: ita & rõni eẽ repugnãs. Verum quia diuia prouidentia in neceſſariis nemini deeſt: haud abſq; ratione credim?: & confitemur: ꝙ deus: qui ſpiritalem: & corpoream naturam ea lege coniunxit: ut ſuperior inferiori dominaret̃: ſiquid impedimẽti ex defectu naturæ contigeret: id ſupernaturali beneficio tolleret. Quia ergo corporis diſſolutio: & partis ſenſibilis repugnãtia uniuerſæ naturæ humanæ conueniebat: competens fuit: ut originalis iuſtitia ideſt impoſſibilitas corporis: ſenſibiliſq; partis ſubiectio ad rationem totiuſq; corporis ad animam uniuerſæ naturæ humanę ſupercæleſti: gratuitoq; dono conferretur. Rationabiliter ergo dicimus prothoparenti: quem ab initio deus plaſmauit: munus hoc fuiſſe collatum: ut per ipſũ in omne futurum genus inde propagaretur. ¶ Verũ quia homo liberi arbitrii factus eſt: legibuſq; diuinis ſubiici debet: par etiam fuit: ut ſi auerſa ratione a deo delinqueret: inferiores quoq; aiæ partes auer

terent ab ea :illiq; repugnarēt:eiuſq; corp? priſtinũ in cinerē reſolueret :nã per quē qs peccat:p eadē merita torquet. Hãc ergo iuſtitiæ originalis:ſupnaturaliſq; doni puationē uocamus originale peccatũ in oēm po ſteritarē a pthoparente illo deriuatũ. Oēs eni hoies ab illo generati iuſtitia carēt originali:q̃ ad eos pueiſ ſet:niſi hõ ille pthoplauſtus ppria eã culpa amiſiſſet.
¶ Neq; hoc a ratione alienũ cuipiã uideri debet:nam hui? peccati ſigna quædã i humano genere apparent Cũ enim humanarum actionum ſic curam deus ge- rat:ut bonis operibus præmium:malis penam retri- buat:ex illata pena pceſſio culpę ſignificatur. Diuer- ſis aũt afflictionibus tã ſpiritualibus q̃ corporeis hu manum gen? afficitur:uidelicet algore:ęſtu : uigilia: fame:ac ſiti:uariiſq; morborum:& calamitatũ:pręſ- ſuris: ac deniq; ineuitabili morte. Q uo aũt ad ſpiri- tualem partem:debilitatem patitur rationis: liberiq; arbitrii : atq; repugnantiam carnis maximam : ex q- bus homo facile multis erroribus quottidie iretitur. Et q̃uis huiuſmodi defectus ex ɔſequētia neceſſita- teq; materiæ naturales uideantur:dei tamē prouidē- tia:& bonitate rite(ut prædiximus) conſiderata p- babiliter perſuademur: deũ illis defectibus ſubſidiũ fuiſſe laturum : niſi homo ipſe offenſione aliq̃ obſtitiſ ſet. Vnde non iniuria dum immenſam diuinæ maie- ſtatis bonitatem:largitatēq; penſamus: fatemur hos defectus in penam peccati prothoparentis totius hu manæ naturæ uicem gerentis proueniſſe. ¶ Non ab re igitur dicimus hominis primi peccatum : & perſo- nale:& cõmune fuiſſe. Perſonale qdem:qa ipſum ſuo bono puauit:cõmune uero:qa illi : eiuſq; poſteris be neficiũ abſtulit uniuerſæ hũanę naturę collatũ. Hu- iuſmodi

iuſmodi uero defectus ex ꝑuatiõe: aut ſubtractiõe: iuſtitiæ originalis in aliis hoībus procedentes: ſi ad eorum uoluntatē referant̄: rationē culpæ nõ habent. Sed ad uoluntatē ꝑmiq; hõinis aſſenſũ relati relatu nõ caret: ꝓut oēs homines participatiõe humanę naturæ: ut unus homo computant̄: cuius caput ꝓthoparēs ille fuit: qui cæteros oēs ꝓpagauit: atq; in hoc peccatum quodãmodo itroduxit. Queadmodũ enī manus actio ab inordinata mouētis uolũtate rationem ſuſcipit culpę: ſic ex uolũtate primi parētis peccatũ hoc i eius poſteritatis mēbris ē uolũtariũ. Alioqn remota relatiõe ad uolũtatē primi genitoris deliquentis: nullũ foret originale peccatum: homineſq; abſq; ulla iuſtitiæ originalis priuatiõe generarētur. Sed cũ i puris eſſent naturalibꝰ orti: cũq; domeſticis ĩfirmitatibus ꝓcreati: nullũ poſſet in eis inueniri originale peccatũ: queadmodũ in opationibꝰ manuũ: ac pedũ: aliorũq; corporis hũani mēbroꝝ nulla põt inueniri ratio culpæ: niſi ꝑceſſerit iperans mala i homine uoluntas. ¶ Siqs aũt obiiciat: iniuſtũ uideri cũ hoc peccatũ a uolũtate naſcētiũ poſt primũ hoīeȝ nõ ꝓueniat: unius culpa i alioꝝ oium penã iſontiũ redũdare. Sed ęquũ putari: ut ille admiſi criminis penas luat: cęteri uero: ut inocētes eximãt̄: ne ãte dãnati q̃ nati aliena ſint culpa: Rñdemꝰ: ꝙ hęc punitio ſolã iuſtitię originalis: gratięq; reſpicit ꝑuationē: q̃ hũanæ naturę nõ debet̄ ex debito: ſed eidē fuit ex diuina liberalitate ꝯceſſa. Quãuis. n. nulli deus creaturę ſit obligatus: aliq̃ tñ ita ab eo ſũt iſtituta: ut illis naturaliter alia q̃dã debeant̄. Nã hõi debet̄ itellectus: debēt & mēbra: ac reliq̃: ſine qbꝰ uł nõ eēt: uł a ſua naturali ꝑfectiõe d'ficeret. At originalis iuſtitia: & gratia nõ

ullo naturæ merito: aut obligatione: ſed ex mera: & ſupabũdãti liberalitate ꝑfluebat: q aũt aliq̃ ex mera ſua liberalitate ĩpẽdit: ea põt qñ & q̃ñlibet ĩpartiri. Dedit igiť de⁹ ꝑmo hõi ea lege: qua dictũ eſt: iuſtitiã originalẽ: uꝫ ut ſi nõ peccaret: eã ſibi: ſuiſqꝫ poſteris cõſeruaret: ſi ãt deliqueret: ea ipſe ac poſteri ꝑuarenť. Tũc.n. ꝑmus hõ hũanã nãꝫ uniuerſã ĩcludebat: quo circa nõ ipſi ſoli: ſed toti naturæ humanæ in ipſo traditũ eſt hoc ꝑceptum: cui ẽt in eodem originalis iuſtitiæ fuerat facta collatio. Nemo igiť deinceps iuſte cõqueri põt: ꝙ ea ꝑpter ipſius primi hõis inobedientiã ſit priuatus. Queãdmodũ ẽt: ſi ab initio talis iuſtitia nõ fuiſſet ei cõceſſa: nulla fuiſſet q̃relæ occaſio: cũ nõ ex debito naturę: ſꝫ liberalitate diuina ɔcederet. Nõ ergo ꝑpter demeritũ adę aliquã maculã: uel infectionẽ ꝑpriæ ſobolis incurrit: ſed dum in puris naturalibus munere priuata originalis iuſtitiæ oriť: dr̃ in peccato naſci: qđ non diceret: ſi illa iuſtitia nũq̃ eẽt hõi collata. Nõ põt ergo ɔq̃ri hõ ſi in ſua cõceptiõe illud donũ nõ accepit qđ ei ex nã nõ đbeť: ſicut nec põt aliqs cõq̃ri: qa nõ fuit ĩ uẽtre ſc̃tificatus: aut beatus initio creatus ſit. Quia uero ſupius dictũ eſt: hoĩem ad finem ſupernaturalem ordinari: ad quẽ non põt ſine dono ſupercœleſtis gratiæ peruenire: dicimus etiã: ꝙ quiſquis in peccato ſolo originali moritur: uita priuatur æterna: quia talis uita: ſeu fruitio ex proportione illi non conuenit: nulla tamen ob hoc pena ſenſus plectitur: nullaqꝫ triſtitia affligitur: queãdmodũ innumeri homines mœrore non afficiuntur: quia nõ ſint imperatores. Quamuis enim eo ꝙ ſunt homines contingere potuiſſet: ut quilibet ipſorum ad imperiũ aſſumeretur: tñ quia in eo ſtatu ſe uident ɔſtitutos:

ex quo nunq̃ uel rariſſime ad id faſtigiũ ꝑuenit: eiuſ-
modi priuatiõe nil pœnitus ɔtriſtant. Ita & infantiũ
ac pueroꝝ aiæ in peccato originali decedentiũ: q̃uis
ſciant ꝓpterea ꝙ ſũt rõnales potuiſſe per grã ad di
uinæ eſſentiæ uiſionẽ eleuari: tñ cũ ſortis: & cõditio
nis ſuæ inhabilitatẽ ad id poſtea nouerint: qđ iã eis
eſt impoſſibile factu minime appetũt: nec ſupnæ bea
titudinis defectu angunt̃: deo pſertim coopante: cui
pro rectitudine uolũtatis oino conformant̃. ¶ Cũ er
go nulla ſenſibilis pena illos afficiat: ɔñs eſt: ut bona
quæ natura hoibus debent̃: hũanitatis iure ipſi ɔſe-
quantur: ut naturaliũ puta reꝝ ſciam: diuinoꝝq; cõ
templationẽ per ea: quæ facta ſunt: & qcquid huma
næ felicitati naturaliter tribui põt: alioqn naturali:
& optato munere priuati triſtitia carere non poſſent.
Deus ẽt liberalitate ſua aliqua eis ſupnaturalia dõa
cõferret: ut corpis imortalitatẽ: motus ſiqdẽ cœli ceſ
ſabit: generatioq; & corruptio: ideo oẽs reſurgẽt im
mortales. Neq; amplius corpis alimẽtis aliis ue neceſ
ſariis egebunt: nulliq; infirmitati: aut moleſtiæ: uel
repugnãtiæ erũt obnoxii: ſed potius letabunt̃: domi
nũq; laudabũt. ¶ Et q̃uis credamus eoꝝ nũc moriẽ
tiũ aĩas ad inferos trãſmeare: ad eã uidelicet partem
ſubterraneã: quã paruuloꝝ inſontium limbũ uoca-
mus: nulla tñ pena plectunt̃ ex loci cõditione: aĩa. n.
a corpe ſeparata per ſe a locali ſitu non patitur. Poſt
reſurrectionẽ tñ arbitror: ſalua ſemp determinatiõe
ſãctæ romãæ eccleſiæ (nihil. n. ſup hoc inueni dffini
tũ) ſup terrã tũ defecatã: glorificatamq; eos habita
turos: deũq; in ꝑpetuũ magnificaturos. Ad hoc aũt
haud temere credẽdũ adducimur. Primũ quia locus
debet conuenire locato: qđ ſi corpe imortali: impaſſi

biliqꝫ illi reſurgēt: & beatitudīe: quæ naturalit̄ habe
ri pōt potiēt: luce ſolis: & aliis delectabilib⁹ bonis na
turalit̄ hōi ꝯpetētibus priuari ñ dnt̄ q carerent: ſi opa
co & ſubterrāeo carcer̄ icluderent̄. Tū qa ut iā dictū
catholicoꝝ aſſēſu ꝓbatū ē pena ſenſus originali pctō
non debet̄ ſed ob allatas ſupius rōnes priuatio ſolū
uiſionis diuinę. Si ergo tenebroſo terræ carcere clau
derent̄: ñ liqt: qūo ſenſuū afflictiōe liberi: exēptiqꝫ eſ
ſent: ubi lucis inſpectiōe: pulcherrimorūqꝫ corpꝝ cœ
li & terræ: multiſqꝫ bonis: quæ inſerta natura deſi
derat oīno priuarent̄. ¶ Patet igit̄ nullaꝫ ex peccato
originali ſubſeq penā: ꝓpter quam iniuſtitiæ deus ar
gui poſſit. Quinimo in originali peūtibus culpa: qa
ſine gr̄a in puris naturalibus decedūt: beatitudo cō
ceditur illis ex ꝓportione cōueniēs: in quo diuinæ iu
ſtitiæ: ſapīæqꝫ ordo mirifice commēdat̄. Ex his ergo
ꝑſpicuū ē eam: quæ doctrina chriſtiana de iuſtitia aſ
ſerit originaliqꝫ peccato: eiuſmodi eſſe: ut ex eis nec
irrōnabile: nec impoſſibile qcq̄ elici poſſit.

¶ Chriſti paſſionē: ac reliq̄ hūanitatis ei⁹ myſteria:
oīaqꝫ eccl'iæ circa fidē decreta rōnabilit̄ pōi C.x.

DEus aūt pater miſericordiæ: ac diues in bo
nitate ſua huic defectui pncipio mūdi opor
tunis ſane remediis: ſacrificiis. ſ. uel parētū
fide deinde circūciſiōe demū ſacro regenera
tiōis lauacro ſuccurrit. Talibus. n. myſteriis ſanctifi
cati paruuli olim defuncti: quiqꝫ mō decedūt ex ha
bilitate p ſupnaturalē ꝯceſſa gram uitā cœleſtē acq
runt. Alii uero ſanctificationis hui⁹ exptes limbū pe
tūt: eā qnqꝫ felicitatē ꝯſecuturi: q̄ illis iure naturali
ꝯuenire diximꝰ. Qui idcirco de deo q̄ri ñ poſſunt: ſꝫ
de parētū potius ifidelitate uel omiſſiōe. ¶ Sed qa fi
des

des nr̃a tenet ſãctos patres ueteris teſtamẽti uſqꝫ ad xp̃i aduentũ ĩ libo fuiſſe detẽtos: dubitari poſſet: cur illi: cũ eſſẽt originis labe purgati: gr̃ęqꝫ ac meritis decorati: ac ꝓpterea uitę eternæ idonei: n̄ ad cœlũ ſtati euolarit. Cui obiectiõi rñdem⁹: ꝙ cũ pc̄tm̃ originale naturę ſit n̄ ꝑſonæ: & a p̄mi hoĩs ꝑſona ĩ naturã deſcẽderit: ac deĩde a natura: ĩ ſingulos hoĩes effluxerit oportebat hoĩes n̄ ſolũ deo ꝑ eoꝝ ꝑſonis: ſꝫ ẽt ꝑ uniuerſa natura ſatiſfaceꝛ̃. Quilibet ãt ſc̃tõꝝ patrũ ſufficient ꝑ ꝑſona ꝓpa ſatiſfecerat: ſꝫ ꝑ pc̄tõ toti⁹ naturæ ĩ p̄mo homine uitiatæ: ĩ quo oẽs ĩplicite ↄtẽti peccarũt ſatiſfaceꝛ̃ nemo ualuit: uix. n. ꝑ ſe quiſqꝫ ſatiſfacere potuit. Et peccatum naturæ aduerſa primi hominis uoluntate in totam naturam diffuſum: cui non repugnat ſub ſe infinita habere ſuppoſita quodãmodo erat infinitũ. Nõ. n. naturæ: ſuæ ſpeciei repugnat infinita per ſucceſſionẽ ſuppoſita habeꝛ̃ poſſe: ĩõqꝫ ex hoc quandam retinet infinitatẽ. Vñ cum pc̄tm̃ originale naturæ ſit adductũ: exigebat remediũ ĩfinitũ: qđ nulla creatura: cũ q̃libet ſit finita: ꝑ ſe poterat exhibere. ¶ At forte uideaꝛ̃ ad dei benignitatem pertinere: ut qualiſcunqꝫ perſolui queat: ab homine ſatiſfactiõem exigeret: reliqua impoſſibilia clementer ei condonata. Dicimus igitur a nobis utiqꝫ credi: deum: ſi aliter huic defectui ſuccurrere nequiuiſſet: pro ineſtimabili eius bonitate: cuiuſlibet hominis ſatiſfactiõe ꝑ ſeipſo: proqꝫ natura humana fuiſſe miſericorditer accepturũ. Sed ille cuius miſerationis non eſt finis: quiqꝫ ex iuſtitia pariter nil impune relinquit: alium adinuenit modum: quo nõ ſolum pro tota humana ꝓpagine ampliſſime ſatiſfieret: ſed ipſa ẽt ꝑfectior redderet. Quia ergo pc̄tõ na

turæ infinito nulla creaturarum:ſed ſolus deus: ut ĩ finitus ſatiſfacere poterat:nec tñ is debebat: q nõ deliquerat:nec delinquere poteſt:homo uero qui nõ poterat:debebat:uoluit ipſe deus piiſſimus mortalẽ carnem induens homo fieri:ut & qui poterat:& q debebat pie ſatiſfaceret:homo igitur ille:ac deus filius dei xp̃us ieſus debitũ omne pſoluit. Vnde ſacri ſanguinis præcio in cruce effuſi reſerata fuit parẽtib⁹ ianua paradiſi:& quã ſp optauerãt felicitatẽ:poſt mortem ei⁹ illico ſunt adepti. ¶ Ex qua rõne:& aliis ſupi⁹ memoratis apparet: hũanitatis per deum aſſumptæ cõueniẽtia. In hoc enim euidẽtius ſuam declarauit potẽtiã:qua tãto fœdere ſibi copulare humanam naturam potuit:ut uere factus ſit homo. Neq; ſapientiam minus oſtendit:qua admirabilem modum ad perditum hominẽ recupandum in uitamq; ęternam pducẽduꝫ exqſiuit:unde infinita bona mundo exorta ſunt Bonitatis quoq; ſuæ theſauros largiſſimos patefecit dũ ſe totũ naturæ hũanæ infundit:ut eã ſibi arctiori uinculo prorſus uniret. Suã deniq; mĩam: qua p nobis uoluit crucifigi:iuſtitiamq; ſiĩ adequauit qua ſibi ad plenũ ſatiſfactũ iri firmiter:cõſtãterq; decreuerat. Hic pctõrib⁹ qbuſcunq;:ſi reſipiſcere uelint: certa & facilis pmittit uenia delictoꝝ:impenitẽtib⁹ uero:& obſtinatis indelebilis penaꝝ exactio:& horror icutiẽ Quãob cãm inumeri hoies poſt aduẽtum xp̃i a uitiis ad uirtutes ɔuerſi ſũt & ſuoꝝ pęnitẽtiã erratoꝝ pegerũt. ¶ Itaq; ſi hæc:& ifinita alia p xp̃m hũaę naturę collata bñficia ɔſideremus:tantã iueniemus ſapię pfunditatẽ: q̃tã null⁹ cape queat hoĩs itellectus. Q & q; in xp̃o ſtultũ eſſe uidet:cũctis bonaꝝ artiũ ſtudiis ſapiẽtius eẽ cõſtabit:orthodoxęq; ueritatis in quiſitoribus

toribus magis: ac magis tāti myſterii rōnes mirabileſ apparebunt ꝯuenienter ergo xp̄s ꝓ hūano genere paſ ſus: ac mortuus eſt. Et q̄a non ſolū ad peccata nr̄a di luēda: ſed ad nr̄a ꝫ pariter iſtituēdā uenerat uitā n̄ tm̄ pati dignum putauit: ſed turpiſſimā ſibi mortē: acer biſſimam q̄ꝫ delegit: ut illi⁹ exēplo ꝑpter ueritatis: iu ſtitiæq̄ꝫ ipſius delectionem: ac obſeruantiā: duruꝫ: ac terribile nihil formidem⁹. Admirabiles quoq̄ꝫ dele ctatiōes īnumerę q̄ꝫ pie ꝯtēplantibus utilitates ex hu ius fontis dulcedine: ex morte uꝫ xp̄iq̄ꝫ cruce hauriun tur. Quoniam inſup is obierat ꝑpter pc̄tōruꝫ remiſſi onem: & ad aditum uitæ eternæ reſerandum: opor tunum ſane fuit: illius defuncti animā ad patres uſq̄ꝫ deſcēdere: ut illoꝝ animas de ſinu limbi educeret: eaſ demq̄ꝫ ſuo lumine illuſtraret: ubi propter originis la bem mancipati (ut dictum eſt) tenebātur. Ne quis ue ro illum non uere mortuū duceret: merito tumulatus eſt: triūq̄ꝫ dieꝝ in ſepultura iacturā tulit. Verū ſi poſt hæc non reſurrexiſſet nulla reſurgēdi mortalib⁹ ſpes eſſet relicta: iure ergo ſui obitus miniſterio abſoluto: glorioſus a mortuis reſurrexit. Et q̄a illius corpus iā effectum fuerat īmortale: ac gl̄ioſum (ut ſuperius de corporū reſurrectione meminimus) indignum erat: eū apud hoies domeſticū h̄re cōmertium. Sicut enim xp̄i corpus ex formæ gl̄ia: & uniōe ad uerbuꝫ: corpo rū eſt oium pfectiſſimū: ita decuit: ut ſup oēs celos: & ſup oia corpa aſcēderet: & tāq̄ dei unigenitus ad dex terā patris ſederet. ſ. in eternæ uitę potioribus bonis Q̄ d̄ ſi q̄rat̄ q̄uo celos: ſi ſolidi ſunt: penetrauit: iā re ſponſum eſt: diuina uirtute fieri poſſe: ut duo ſimul corpora exiſtant. ¶ Præterea: cum chriſtus dei filius ab hominibus fuerit: & pro hominibus iniuſte ipieq̄ꝫ

damnatus: par fuit: ut ipſe tanq̃ caput omnium hominum atq; menſura conſtitueretur uiuorum iudex & mortuorum: ſingulis (ut prefati ſumus) iuſtã operum mercedẽ in fine ſeculi redditurus. Hæc itaq; recte ↄſiderantibus omni ex parte chriſtiana relligio nõ minus rõnabilis & æqua: q̃ admirabilis diuinaq; uidebit̃.

¶ De fide aũt ſacris ſcripturis adhibenda: qbus ipſa firmiter inhæret: ſatis in p̃cedenti libro dictũ putamus. Oñdimus. n. cũ non niſi a deo emanare poſſint illis inuiolabiliter eſſe credendũ. Et qm̃ tam in rebus materialibus q̃ in doctrinis oẽ mobile ad aliqd imobile reduci oportet: dicim⁹ deũ ꝑ ſuæ eccleſiæ cura: & adminiſtratiõe aliqd in ea imobile ſtatuiſſe: ad qđ uelut ad ſolidiſſimũ principiũ: fundamentumq; oẽs cõcurrere debeant: queadmodũ etiã in diſciplinis prima ſũt p̄ncipia: in qb⁹ oẽs reſoluunt̃ ↄcluſiões. Nõ ergo temer̃ aſſerim⁹ qcqd ſctã romana eccleſia determinauit: ſeu in poſterũ determinabit: eẽ credẽdũ: & qcqd illa aſpernata eſt: aut aſpernabitur eſſe reiciendũ. In dubiis. n. ipſam conſulimus tanquã primũ principium ita a deo gubernatũ: atq; directũ: ut in his præſertim: quæ ad humani generis: fidẽ: ſalutemq; pertinent: errare non p̄mittat̃.

¶ Chriſtianã relligionẽ duo charitatis p̃cepta toti⁹ uitæ moralis fundamẽta ſapiẽtiſſime poner̃. C. xi.

Quia ergo oñdimus: xp̃ianã relligionẽ i iis: q̃ ad fidẽ p̄tinẽt: nil impoſſibile: aut irrõnabile ↄtinere: idẽ in illius morali inſtitutiõe ꝓſeq̃mur. Quãq̃ ea ſufficere poſſunt: q̃ i ſup̄iore libro de chriſtiana uita diſſeruimus. Nã ſi nulla melior illa dari: aut excogitari poteſt: certe cõſeqtur: ut moralia relligiõis chriſtiãæ ſint optima: nec alia hic

indigēt ꝓbatione:cū ex effectibus cāæ cognoſcanť. Verū qa res pfectius particulariter q̄ uľr pcipiunť:ad maiore illoꝶ declaratioñē pticulares: & potiores ali q̄s leges i mediū afferem⁹. Nō tñ oēs. Tū qa nimis a ꝓpoſito digrederemur. Tū qa ex his:a qbus aliç de pēdēt:cætera facile iura intelligemus. ¶ Primū ergo nr̄oꝶ moraliū pncipiū eſt. Diliges dn̄ꝫ deū tuū ex to to corde tuo:& ex tota aïa tua: & ex tota mēte tua: & ex oib⁹uirib⁹tuis. Scd̄ꝫ āt ē. Diliges ꝓximū ſicut te ipſuꝫ. Quæ nō ita itelligēda ſūt: ut ſufficiat xp̄iāo dei:& ꝓximi p ſola naturalia dilectio:ſꝫ dilectio dei & ꝓximi p ſupnaturale donū gr̄ç ei p̄cipiť:ut uideli cet ſe diſponat ad hmōi donum ſupnaturale gratiç & charitatis a d̄o ſuſcipiēdū & exercēdū. Naturaliť. n. ut in ſupioribus declarauimus: quçlibet creatura ſupra ſe deū diligit: & ꝓximū tanq̄ alterū ſe. Hoc āt p̄cepto nobis iiungiť:ut qd̄ naturale eſt p donū ſup naturale pficiať. Iubemur itaqꝫ deū ita ſup oia dili gere:ut eius amore ꝓpriū p̄feramus: & ut nos:oiaqꝫ nr̄a ad eū tāq̄ ad finē ordinemus:unde nobis ab apo ſtolo i hunc modū p̄cipiť. (Siue manducatis:ſiue bi bitis: ſiue aliud quid fatitis):oia in gloriā dei facite. ¶ Quia aūt maxime nos ab hoc amore carnis petulā tia retrahit:dictum eſt. Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo. In corde enim eſt fons uitæ: ſen ſuum: appetituſqꝫ principium:a quo ad amorem ſen ſibilium tracti ab amore diuino ſeperamur: idcoqꝫ dicit: ex toto corde. Ac ſi diceret:ſubiicias prorſus partem ſenſibilem uoluntati: ut & illa pari ordine ad deū tendens: nulla in re ab ipſa ratiōe: deiqꝫ lege diſſentiat. Et qa abſqꝫ duce rōne ſolet aberrare uolū tas:ſequitur ex tota anima tua ideſt ex tota uolunta

te ad hũc finẽ directa. Aĩa ſi quidẽ eſt uitæ, principiũ unde pfluit motus: ex quo animata ab ianimatis diſcernunĩ: aĩata enim mouẽt ſeipſa: quod nequaq̃ inanimata facere poſſunt. Cum ergo uolũtas oẽs moueat rõnalis aiæ potentias: recte per aiam itelligim⁹ uoluntatẽ. Prçcipiĩ ergo: ut integra uolũtas cũ oib⁹ ipſius motibus: ac tribuſq̃ in deũ ordineĩ: ut uidelicet illum amet: illũ deſideret: in eo delecteĩ. Huic aũt cõtraria odio habeat: fugiatq̃: & ſi admiſſa fuerint: triſteĩ: ac doleat: deũ ipſum timeat: ĩ eo ſperet: nõ diffidat de illi⁹ miſericordia: de ppria iuſtitia nõ præſumat: ſibimet: ſuiſq̃ uitiis ſuccenſeat: & iraſcatur: cæteraq̃ huiuſmodi peragat ad honorẽ ac gloriã dei. Quia uero uoluntatis motus a rõne depẽdet: cũ illi⁹ obiectũ ſit bonũ cognitum: ſtatim merito addiiciĩ: ex tota mente: mens eni intellectũ ſignificat: & rõnẽ. quæ ita in deũ tendere debet: ut qcqd intelligit: & cõtemplaĩ: ſit deus: uel ad eũ actu: uel habitu ſaltẽ deſtinetur. At quoniã finis ppter ſe amaĩ: etiã ſine mẽſura dilectiõis aĩo inſidet. Quæ eni ſunt ad finẽ: eatenus amamus: quatenus ad ipſum finẽ pportionẽ habent: ſed amor finis ĩmenſurabilis eſt. Congrue ergo tribus his ſubiungiĩ ex oĩbus uiribus tuis: ut. ſ. cum deus ſit finis noſter: ad eũ oĩ ſtudio: ac conatu tendamus: eiq̃ ratio: uoluntas: & ſenſus penitus obtemperent: atq̃ oi uirtute: & gratia pficiãĩ: ut demũ ĩ nobis ita ɔſumatis: ac poſtremo beatificatis glorificeĩ deus ſicut oĩs cauſa in pfectione cõmendatur ſui effectus.

¶ Ex hoc ergo apparet non ſolũ qualiter homo deũ: ſed etiã ſeipſum diligere debeat. Quia ppetuo ordine ita illi uni affici: & ſubiici debet: & id totũ: quod uiuit: quodq̃ agit ad eius gloriã ordinare: ut in ipſo

tanq̃ in opere ſuo pfecto magnificet̃ deus. ¶ Sed qa minus ↄſtabat: qualiter eſſet ꝓximus diligẽdus: cui⁹ amor nõ ita ſicut ꝓpri⁹ naturalis eſt: ut oĩs ambigui tas erroris ceſſaret: ſecũdũ de⁹ addidit p̃ceptũ dicẽs. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut te ipſũ .i. ad eũdẽ: ad quẽ te ipſũ diligis finẽ. Nã cũ finis noſter ſit honor dĩ: ac glo ria: cauſaq; in pfectiõe magis ſui effectus q̃ i diminu tione ſẽp honoret̃. Cũ hoĩes ſint dei effectus: idẽ ma gis in ipſis pfectis: ſupmæq; beatis q̃ aliter ſe habẽti bus honorat̃. Si ergo diligẽdo deũ illius gloriæ uſq; quaq; nos ĩtendere oportet: debemus & pari fine: ad quẽ anhelamus: diligere ꝓximũ: ut queadmodũ i no bis: ita & i illo diuinũ opus eluceat: ac laudet̃. Quid queſo duobus his mãdatis: ſeu ꝑncipiis ueri⁹? qd ra tiõabilius? qd diuinius dari põt? In qbus & diuina iura: & hũanæ ſocietatis fœdera ac deniq; legũ oĩu; pfectio ↄtinet̃: hic eñi pẽdẽt leges: ac ꝓphetæ. Q uic quid igit̃ ex his reſultat: uel eis ↄſonat: apud chriſtia nos ſanctũ: & inuiolabile reputatur. Q uicquid aũt eis repugnat: aut obſiſtit: ꝓphanũ eſt: & euitandũ.

¶ Moralẽ eccleſiæ doctrinã excellẽtiſſimã eẽ. C. xii.

RAtionabiliter itaq; duæ moralium præ ceptoꝝ tabulæ nobis exhibitæ ſunt: qua rum altera ad deum: altera ad proximum hominem recto calle dirigit: atq; inſtruit Nam cum homo ciuile ſit animal: & alicu ius pars cõitatis: ad uitæ ei⁹ rectitudinẽ attinet: ut ꝑ mo ergo uniuerſoꝝ pricipem: deinde erga ciues ſuos bene ſe habeat. Q uemlibet ígitur hominem exiſten tem partem humanæ naturæ: & ut chriſtianu; reipu blicę chriſtianæ partẽ bene ſe habere erga eum opor tet: qui naturã humanam regit: & qui chriſtianitatis

caput eſt: ſcilicet erga deum: & xp̄m deum: & hominē
Q d̄ quidē rite exeq̄tur: qn̄ eum diligit ex toto corde
ex tota anima: & ex tota mēte: cūctiſq; uiribus ſuis.
Quia uero cōi oīum principi primū merito debet̄ fide
litas: qua ei inuiolata fides in oibus ſeruet̄: nec ab illo
qs ad hoſtē ullo pacto deficiat: rite ī principali primę
tabulę mādato oibus edictū eſt: ut deū uerū colāt: q
unus tm̄ eſt: nec deos alienos corā eo qui ubiq; aſſiſtit
queue nihil latet uenerent̄: nec ad diabolū quoquo
pacto diuertant. At uero: q̄a ſecūdo loco principi de
bet̄ reuerentia: rōnabiliter ſm̄ primę tabulę p̄ceptū ē
Nō aſſumes nomen dei in uanū. Deū. n. priſus inuiſi-
bilē honorare cupiētibus in iis: quæ ipſum rępreſen-
tāt: honorādus eſt: cuiuſmodi maximę ſunt uoces: q̄
ad eum ſignificandū: aut laudādū iuentę ſunt: quā
q̄ idē cęteris in rebus illum referentibus: aut quoquo
mō ad ipſum ptinentibus: ſeruandū eſt. Cum aūt ter
tio: ac poſtremo p̄ncipi debeat̄ merit⁹ famulatus: cō
grue ēt tertio p̄mę tabulæ p̄cepto iubetur. Memento
ut diē ſabbati ſanctifices: per q̄d mouemur: ut debi-
tū cultū tam internū q̄ externū ſinceriſſime deo exhi
beamus de quo ſupius mētionē fecimus: & q̄d reſtat
aliq̄d oportuno loco ī hoc tractatu ſubtexemus. Ex
his tribus principiis eliciuntur quæcunq; ad deū col-
lēdū: honorādum: obſeruandūq; pertinent: & in ea
quicquid ad deum ſpectat: reſoluitur: quæcūq; autē
illis refragantur: uel diſcrepant omnino explodimus
ac repudiamus. ¶ Secūdum autem pręceptum: ſeu ſe
cunda tabula id eſt. Diliges proximum tuum ſicut te
ipſum. Cum uero diligere ſit bonum uelle: & malum
ei quem diligim⁹ nolle: duas dilectionis proximi par
tes facim⁹: ut. ſ. bona proximo uellimus: nec ei mala
inferamus

inferamus:aut deſideremus:iõ in ſecũda tabula pri⸗
mũ legitur:honora patrem tuũ:& matrem tuã unde
ẽt honoris exhibitio:beneficiorumq; gratitudo erga
quemlibet nobis proximũ colligit. Offenſionis autẽ
illationẽ euitandã intelligimus opere: lingua & cor⸗
de:opere uero tam in perſonam propriam q̃ coniun⸗
ctam:reſq; contigua ab iniuria abſtinendu ꝫ eſſe:ut a
quauis noxa:mendacq; liberi uiuamus. Propterea in
eadẽ tabula ſcd'o ſubdit. ⁋ Nõ occides:quod nocu⸗
mentum proximo in perſonam propriam illatum iri
prohibet. ⁋ Tertio. Non mechaberis:ex quo nullus
uxorem:uel fœminaꝫ uiolandam eſſe cauetur: & ad
quaſlibet deteſtandas luxuriæ ſordes interpetran⸗
dũ eſt. ⁋ Quarto. Nõ furtũ facies:hinc quelibet alie
næ rei uſurpatio ɔdẽnat. ⁋ Quinto. Nõ falſũ teſtimo
niũ dices ɔtra ꝓximũ tuũ:ubi tenem? qdlibet iniquę
ac deierãtis: ul' maledicę linguę pęctũ eẽ abominãdũ
⁋ Sexto. Nõ cõcupiſces uxorẽ ꝓximi tui:pp qđ men
talis lux urię iſectio:& iordinat? libidinis appetitus
coercet. ⁋ Septimo. Nõ deſiderabis rem proximi tui
in quo monemur ñ tm̃ alienæ rei uſupationẽ eẽ fugiẽ
dã:ſed ſinceritatem mentis piter ab auiditate iniuſtę
poſſeſſiõis cuſtodiri oportere. ⁋ Et ne alicui dubium
obrepat:ꝙ cum non minoris ſint criminis deſideria
cæteris pręceptis cõtraria:p̃ſertim primę tabule:qua
re potius libidinis:reiq; alienæ dãnata deſideria ex⸗
primant:q̃ cętera grauiora. Reſpndemus:ꝙ lex euã
gelica non ſolum mala opera:ſed prauos etiam cõar⸗
guit affectus: præcepta autem ſuperius enarrata nõ
ſolum de exteriori opere: ſed de interiori æque acci⸗
piunt. Verũ non ſine cauſa duo hæc poſtrema ſignã⸗
tius expreſſa ſunt:cuilibet.n. quãtũcunq; rudi deſi⸗

deria illa cæteris præceptis aduerſantia ſuam obliq-
tatem: nequitiamq; oſtẽdunt. Quis nanq; neſciat ma
lũ eſſe deo nõ credere: uel infidelem ei: aut cõtumacẽ
eſſe: atq; rebellem? Quis non itidem culpet parentuz
contemptum: ac contumeliam: uel homicidii feritatẽ
mentiendiq;: ſeu calumniandi iprobitatem nõ abho
minetur: hec enim cogitata horrorẽ potiuſq̃ delecta-
tionem afferunt. At libidinis ardor uidetur eſſe na-
turalis animalia nanq; generare natura deſiderãt: ue
hemenſq; eſt delectatio carnis. Externorum etiã bo-
norum auiditas: quia eis plurimum indigemus: uide
tur eſſe natura homini iſerta. Hinc poſſent rudiores
opinari: horum appetitus minime eſſe peccata: pręſer
tim cum nulli ſola deſideria noceant. Conſultiſſime
itaq; duo hæc: libidinis ſcilicet alienæq; rei indecens
appetitus notata ſunt. ⁋ Lex ergo noſtra hominum
perfectioni inuigilans tam cordis q̃ operis rectitudi-
nem depoſcit: ita ut nec itactum quid: uel minimũ re
linquat. Nam ex his ꝓncipiis omnia alia iura: mora-
liaq; pręcepta: uti iam dximus: defluunt: & ad hęc re
diguntur: & ſecundum eorum normam cuncta iuſta
aut iniuſta iudicamus. Nihil ſiquidem: qđ ad bonos
mores pertineat: illis inueniri poteſt cõtrarium: quinĩ
mo omnia moralia ſunt eis propria: & in ipſis tanq̃ in
ꝑmis ꝓncipiis corroboranť. Propterea xpiana rlligio
qcquid de uirtutib⁹: ac moribus phĩi: doctiſſimiq; ui
ri ſcripſerũt: facilius: uberius ſanctiuſq; cõplexa eſt: &
q̃ ab illis ignorata: uel ꝑtermiſſa ſũt tã diuina q̃ natu
ralia exquiſitiſſime: & cumulatiſſime auxit. ⁋ Conſi
lia quoq; addidit: ut melius ꝑcepta ſeruenť: nã cũ to-
ta uita xpiana ad diuini amoris ꝑfectionem tendat:
quæ ſine puritate cordis: terrenarumq; affectionũ purga
tione

duas hebdőas deſcribit: qb⁊ iudei (ut in machabeorũ hiſtoriis legiť) grauiter uexati ſũt. Tertio hebdomadã unã enumerat: qa ab illius initio cœpit ieſus ꝑdicare: & in eiuſdẽ dimidio fuit occiſus. Tribus. n. ãnis cũ dimidio ꝑdicauit: de hinc apľi euãgelium populis annũciauerũt: oñdentes: ꝙ hoſtiæ & ſacrificia: quę uetuſ xp̃m ſignificabãt: amplius neceſſaria pſolueda nõ erant quia pſente ueritate ceſſare dꝫ figura. ¶ Proinde ſignãter ait. (Scito igiť: & aiaduerte ab exitu ſermõis: ut iteꝝ ędificeť hieruſalẽ uſqꝫ ad xp̃m ducẽ hebdomades ſeptẽ: & hebdomades ſexaginta duæ: qa. ſ. in fine haꝝ hebdomadũ: & in ꝑncipio ſeptuageſimæ ꝑdicans xp̃s ſe palã populis facere cœpit: ut apte doctores nr̃i ex annalibus regum declarant: quæ qa ubiqꝫ legi pñt: breuitatis hic gratia omittemus. (& rurſũ. ſ. in primis ſeptẽ hebdomadibus ædificabiť platea: & muri in anguſtia tẽpoꝝ. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas: uꝫ in medio hebdomadis ſeptuageſimę occideť xp̃us. Nã poſt ſeptuagita duas hebdomadas illas: cũ primũ cœpit uerbo & opere ſe cũctis patefacere: cœpunt & iudei in illius pnitiẽ ꝯſpirare: in medio aũt hebdomadis eum crucifixerũt. Et qa corã pilato illũ ipſi iudei ultro negarũt: dicentes. (Nõ habemus regẽ niſi cæſarẽ) fuerunt ab ultore ſceleꝝ deo non iniuria reprobati: in quoꝝ locũ populus gentilis uocatus eſt. Propterea ſeqtur. (Et nõ erit ei⁊ populus: q eũ negaturus eſt.) Inſup pp hoc pc̃tm̃ clades eoꝝ onditur: cũ dr̃: (Et ciuitatẽ & ſanctuariũ. i. tẽplũ diſſipabit ppľus. ſ. romanus: cum duce uẽturo. ſ. ueſpaſiano & tito.) Atqꝫ inde diſperſos: & uẽditos abſqꝫ ulla redẽptione: uel reædificatiõe dirutæ urbis: & tẽpli ſeqñs declarat textus dicens. (Et finis

ei⁹ uaſtitas: & poſt finē belli ſtatuta d̄ſolatio. ¶ Q̄m
uero ſe miſſurū deus patriarchis & ꝓphetis meſſiā ꝓ
miſerat: q̄ eis regnū cœloꝝ apiēs legē nouā ꝑdicaret:
ut hieremię. xxxi. habet̄ dicētis. (Ecce dies uenient di
cit dn̄s: & feriā domui iſrael: & domui iuda fœd⁹ no
uum nō ſcḋm pactū: qḋ pepigi cū patribus uſis in die:
q̄ apprehendi manū eoꝝ: ut educerē eos d̄ t̄ra egypti:
pactū qḋ irritū fecerūt: & ego dominatus ſū eoꝝ ſed
hoc erit pactū: qḋ feriā cū domo iſrael. Poſt dies il
los (dicit dn̄s) dabo legē meā in uiſceribus eoꝝ: & in
corde eoꝝ ſcribā eā: & ero eis in deū: & ipſi erūt mihi
in pp̄l'ū). Subdit itaq; in daniele: (Cōfirmabit āt. i.
per ſanguinē ſuū: & p ſuā: & apoſtoloꝝ ꝑdicationē:
pactū) .i. nouū teſtm̄ multis: nō oībus qa nō oēs cre
diderunt. (Hebdomas una) ſilicet ultima: & in dimi
dio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiū: quia in
hoc dimidio occiſus fuit xp̄s ieſus: quē oēs hoſtiæ: &
ſacrificia ueteris legis referebant merito itaq; ſupue
niente luce umbra ceſſauit. Cū uero tēplū priſtinū cū
ſuis ſacrificiis poſtmodū inutile oīno foret: uoluit de
us ut ꝓphanaret̄: ac tādē funditus d̄ſtrueret̄: uñ ſeq
tur. (Et erit in templo abominatio deſolationis. (
In loco. n. in quo archa erat: erecta .ē adriani impera
toris ſtatua: quā ideo abominationē uocat: qa apud
iudeos oē idolū abominabile dr̄. Vel ad eoꝝ ſacrifi
cia referri pōt: quæ abominabilia deo facta ſunt. De
niq; qa iudei nō niſi in fine mundi ad fidē xp̄i conuer
tentur: concludit daniel. (Et uſq; ab conſumationē:
& finē pſeuerabit deſolatio.) qḋ pariter oſyæ tertio
cōfirmat̄ his uerbis. (Dies m̄ltos expectabis me non
fornicaberis) .ſ. cū idolis. Iudei. n. nō ſūt idolatrę ne
q; poſt reditū eoꝝ de babylōica captiuitate exceptis

forte ꝑpaucis tp̄e machabeoꝝ in hunc uſq; diē idola colluerunt. (Et non eris cum uiro).i. xpo ieſu: ſed & ego expectabo te: quia dies multos ſedebunt filii iſrael ſine rege: & ſine pncipe: & ſine ſacrificio: & ſine altari: & ſine ephoth: & ſine ſeraphin: & poſt hec reuertent filii iſrael: & q̄rent deū ſuum: & dauid .i. chriſtū natū de dauid regē ſuum: & pauebūt ad dn̄m: & ad bonum eius ī nouiſſimis dieꝝ.) ¶ Ecce ergo q̄ apte: & rōnabilr̄ hmōi ꝓphetia de ieſu nazareno explanatur idēq; de oibus aliis: ſiqs diligent eas legerit: compiet Sed ut ad rē ꝓpoſitam redeamus patet meſſię tp̄s iaꝫ trāſactuꝫ eē. Cum ergo nemo alius: cui meſſię ꝓprietates ꝯueniāt: p̄ter ieſum nazarenum hactenus apparuerit & p̄fixa diuioꝝ oraculoꝝ tp̄a in eo cōſumata trāſierint: & multæ et tpoꝝ determiatiōes a iudeorū magiſtris dehinc poſitæ eos feſellerit: aliū expectare meſſiā delirū: atq; impiū eſt. Hoc idē poſtrema eorū teſtat̄ captiuitas: ſi oia ipſoꝝ euēta cōſiderātes babylonicæ captiuitati: de q̄ totiēs ātea ſcriptis: ac figuris ꝑ ꝓphetas fuerat p̄nūciatū: hāc nouiſſimā cōparemus. Babylonicæ ſiqdē captiuitatis cām ipſi ſuis libris aſſerūt: eoꝝ ſcelera: ac flagitia inumerabilia: & p̄ſertim idolatriæ pc̄tm̄ fuiſſe q̄d inter oia crimia eſt maximū. In ipſa āt captiuitate nō defuere duces ac ꝓphetę uiriq; ſancti: q̄ illos uſq;quaq; cōſolarent̄. Captiuitatis inſup eiuſmodi t̄minus ſeptuagita.ſ. annorum eis p̄nunciatus fuit: ultra quē captiui nō fuerūt. Hęc autē ultima eoꝝ captiuitas iā ad q̄nquagita ſupra mille: & quadringentos annos uſq; perdurauit. Quibus oī diuia cōſolatiōe deſtitutis: neq; duces: neq; ꝓphetas: neq; ſanctos uiros: nec quemq̄ q̄ huius captiuitatis terminū eis p̄nunciet: habuerunt. Neq; uero huius afflictionis

[illegible]tionis cām idolatrię peccato aſcri[illegible] Quia[illegible]
diximus) poſt captiuitate babylonicā paucis excep-
tis: in quos machabei multi ſunt: tale pctm̄ nō admi-
ſiſſe phibent. ¶ Queramus ergo a iudeis q̄ tantę in-
eos diuinę uindictę ſit cā: ut in oēm terram diſpſi: &
apud cūctas nationes ludibrio: odioq; habiti inſatia-
biles pœnas luant. Cur hoc inq̄ iudei: Nempe ideo uſ-
q; quaq; diſperſi: ut ſcriptorum ueſtrorum monumē-
ta in teſtimonium meſſię: xp̄iq; noſtri circūferatis. Ne
nos. ſ. habeamur de ueritate ſuſpecti. cur inquam poſt
mille iam & quingentos a hieruſalem euerſione ānos
incerti adhuc erratis cunctis odioſi nationibus & mi-
ſerabiliter afflicti quę tantæ eſt aduerſus uos cā uin-
dictæ. Cur uos clementiſſimus deus genus electum:
genus ſibi peculiariter cōſecratum poſt tot pœnas mi-
nime reſpicit. Cum itaq; propter eorū ſcelera: & po-
tiſſimum propter idolatriæ peccatum iudei ſeptua-
ginta annorum tantummodo captiuitatem perpeſſi
ſint: uariis tamen prophetarum oraculis interea con-
firmati: ī hac autem poſtrema: diuturnaq;: ac ſine ter-
mino: aut ullo diuino ſubleuamento miſeram: erum-
noſamq; cōditiōem pferāt: maius pfecto aliqd̄ q̄ ido-
latriæ ſcelus imputari illis oportet. Quid autē maius
eſſe poteſt q̄ meſſiæ illius promiſſi contemptus perſecu-
tio: & occiſio: peſſimaq; contra eū obſtinatio. Quam
ob cām pculdubio tot malis obnoxii ieſum hunc ue-
rū eē meſſiā: in quē tā grauit̄ deliq̄rūt: ɔfiteri deberēt.
¶ Itē: cū nullū ſanctitatis: & ueri diuiniq; cultus ueſti-
giū āplius ī eis appeat: ſed ſolum auaritiæ ſtudium in
uſuris: cumulādiſq; pecuniis ſequant̄: atq; oī care-
ant pphetia: nullumq; indicet ſignum: deum cum il-
lis eſſe. In populo uero gētili oīs uitæ ſanctimōia: ma

qua... opa: quæ ſæpius cõmemorata fuerunt: fac... ...ant. ... ...tum ẽ malachiæ ipletam pphetiã pmo caplõ in pſona dñi ad iudeos dicentis: (Nõ eſt mihi uoluntas in uobis dicit dñs exercituum & munus nõ ſuſcipiã de manu ueſtra. Ab ortu. n. ſolis uſq; ad occaſum magnũ ẽ nomẽ meum in gentibus dicit dñs exercituum: & in oĩ loco ſacrificat: & offert nomini meo oblatio munda: qa magnũ ẽ nomẽ meũ i gẽtibus: dicit dñs exercituũ). Alioqn ſi deus cũ gentibus nõ eẽt: qñquidẽ iudeos deſeruit: ſequeret: ut relicta mortaliũ cura: is nullã humanaꝝ reꝝ ꝓuidẽtiã haberet. Item: cum res minimas deus non negligat: multo minus negliget maximas: ſed per ora prophetarum multo minora iis: quæ a chriſto: & ab eius diſcipulis in orbe terrarum geſta ſunt: prænunciauit: nam de quolibet fere etia exiguo regno: ut de idumeis: moabitis: ãmonitis: & ſilibus uaticinia extãt. Mirabile igitur eſſet de incõparabilibus xp̃i: eiuſq; diſcipuloꝝ operibus: qbus uniuerſus mundus imutatus eſt: nihil eum oĩno pmonuiſſe: pſertim cum oĩa: quæ ab exteris cõtra iudeos tentata: aut illata ſunt mala: queadmodũ euenerũt: illis pnunciata ſunt: ſed nulla gẽs iudeis grauiora: diuturnioraq; itulit detrimenta q̃ xp̃ianũ iperiũ. De quo: ſi nulla facta eſſet mẽtio: fruſtra i minoribus tãta ſolicitudie: & inſtãtia p pphetas fuiſſent pmoniti: qñ in maximis oĩum calamitatibus: in tãtoq; relligiõis diſcrimĩe nihil ab ĩpis pphetis accepiſſent: cum ergo hoc credere nefas ſit: concedere oportet de ieſu: eiuſq; opibus: pphetas ꝓcu ldubio cecniſſe. Sed ſi diligẽtius ſcripturæ: & opa eius ↄſiderẽtur: illa tñmodo oracula ipſi cõuenire pñt: q̃ de meſſia ſcripta fuerũt: qm̃ hæc non niſi ieſu xp̃o inter oẽs

hoĩes

C11

hoíes: q in hãc uſq; dié mũdo appuerũt: accõmodari pñt. Cui ſoli oẽs meſſiæ ꝓprietates: & ſcripturarum ſolũ iterpretatiõe s ꝯueniũt. Patet igiť uerũ ipſuꝫ eſſe meſſiã niſi hoíes ab ipſo deo fuiſſe deceptos (quod ab ſonuꝫ ipiumq; eſſet) ſit arbitrãdum. Pręterea: hebre oꝝ hiſtorias ꝑquirẽtes ſp iueniemus ante xp̃i aduentum apud eos deũ mirabilia feciſſe: qualia nũq̃ alibi uiſa ſunt: ſed poſtq̃ chriſtus aduenit: & ſui eum non receperunt: manum pariter deus ſubtrahẽs omni eos uacuos gratia reliquit. ¶ Hoc etiam obtenebratio eorum intellectus declarat: quia poſtq̃ ueritate contempta: obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: tot fabulas mendatiaq; in thalmuthica ipſorum diſciplina confinxere: ut nulli hoĩum magis delirẽt. In exponendis ãt ſacris ſcripturis: tot ac tã manifeſtis iplicanť errori bus: ut iam amplius peccandi conſuetudine eos errare non pudeat: quaſi familiaris ſit ipſis deprauandi: mentiendiq; licentia: ac de temeritate: atq; indurata obſtinatione ſua liceat gloriari. ¶ Plurimæ aliæ rationes contra eos afferri poſſent: ſed quia a multis ſacris doctoribus efficaciter: copioſeq; ueritas in aperto poſita eſt: his paucis contenti ſimus: quę ſi cum expoſitis in ſecundo libro iungantur: certiſſimam fideꝫ facient: ieſum nazarenũ eſſe uerũ deũ: uerũq; meſſiã: i quo leges oẽſq; ꝓphetę ꝯquieuerũt.

¶ Hereticoꝝ oẽ dogma falſum: ac puerſũ eẽ. C. vi.



Vnc contra hereticos diſputãdũ eſt: q licet chriſtũ eiuſqꝫ euangelium cõfiteãtur uariis tñ implicantur erroribus. Verum qa ſingulorũ dogmata recenſere ac refellere i magis uolumẽ excederet: qđ qdem mime neceſſariũ ẽ cũ a ſacris doctorib⁹ ubiqꝫ ꝯfuli ꝑ

partes & uariarum opinionũ pſerti circa fidẽ: & bonos mores icerta determinatio ſequeret. Nõ eni ſciri poſ-ſet: q̃ ut potiſſima eſſet tenẽda ſẽtẽtia: nullaq; iuſtitiã adminiſtrãdi rõ: aut facultas haberet: ſed ẽt ipſius xpi uerbis repugnaret: q̃n q̃dem ſingulariter petro iniun xit. (Paſce oues meas) & iterum. (Petre rogaui p te: ut non deficiat fides tua: & tu aliq̃n cõuerſus confirma fratres tuos:) q̃pp petrũ uicariũ ſuũ oñdebat. Q d' etiã aptius expræſſit: cũ dixit. (Tu es petrus: & ſup hanc petrã ędificabo eccleſiã meã: & portæ iferi non præualebunt aduerſus: eã. Et tibi dabo claues regni cœlorum: & qd'cũq; ligaueris ſup terrã erit ligatũ & in cœlis: & qd'cunq; ſolueris ſup terrã: erit ſolutũ & in cœlis.) ¶ Nõ aũt dicẽdũ eſt: hãc dignitatẽ uni petro: & nõ ei' poſteris eſſe ɔceſſã: cũ eccleſiã pari ordie uſq; in finẽ ſeculi duraturã chriſtus inſtituerit. Vnde diſci pulis ſuis oium fideliũ uices tenẽtibus ait. (Ecce ego uobiſcũ ſum oibus diebus uſq; ad ɔſumationẽ ſecu li.) Et eſaias. ix. inqt. (Sup ſoliũ dauid: & ſup regnũ eius ſedebit: ut ɔfirmet illud: & corroboret in iudicio & iuſtitia a modo & uſq; inſẽpiternũ.) Seq̃t ergo: ut miniſteriũ hoc ppetua ſucceſſiõe uſq; ad ɔſumationẽ ſeculi tanq̃ ipſi eccl'ie putile: oĩnoq; neceſſariũ ſit ɔfir matũ. Cũ itaq; petrus fuerit a xpo uicarius: totiuſq; eccleſię paſtor ſubrogatus: ɔñs eſt ut oẽs petri ſucceſ-ſores eandẽ habeãt poteſtatẽ. Cũq; epiſcopi romanę ſedis locũ petri teneãt: mãifeſtũ eſt rõanã eccl'iã oium eccleſiarum eſſe ducẽ: atq; magiſtrã: oiumq; fideliũ con gregatiõe romano eſſe põtifici uniẽdã. Qui ergo ab unitate: romanęq; eccleſiæ doctria diſſentit: pculdu bio p deuia oberrãs a xpo recedit: ſed oẽs heretici ab ea diſcordãt: ergo ii a recto tramite declinãt: neq; chri

ſtiani appellari poſſũt. Hereticus eni ille dicit̃: q ſacræ paginæ: ac ſacroſanctæ romanę eccliȩ doctrinã ꝑuertens: quã ſequat̃ ſectã ſibi deligẽs: in ea obſtinate pſeuerat. ¶ Itẽ: ut ſæpe dictũ eſt: ueris uera cõcordãt: oĩaq; uera ſe ſe mutuo ↄfirmãt: ſed heretici ita iuicẽ diſſentiũt: ut in nullo fere ↄueniant: quinimo alternis ſe feriunt iaculis: adeo ut nil in eis ſolidi ĩueniat̃: ex hoc ergo cognoſcit̃ ꝙ a ueritate ſũt alieni. Romanæ autẽ eccleſiæ doctria i his quæ & ad fidẽ: & ad bonos mores ꝑtinẽt: una eſt. Cũq; inumerabiles fere ſint catholici doctores: in nullo ab ea: aut diſſentiũt: aut diſſentire uolũt. ¶ Itẽ: xp̄i & militantis eccleſiæ regnũ non modo uſq; ad cõſumationẽ ſeculi ſtabilitũ ẽ: ſed poſt renouationẽ orbis pariter durabit in æternũ: ut euangeliũ: & oẽs ſcripturæ: ſanctorũq; monumẽta teſtant̃. Heretici aũt: q & ui & ingenio catholicos ſũt acerrime ꝑſecuti: in acie ↄtra romanã eccleſiã ſtare non potuerũt: ſed cũ ſuoꝝ prauitate dogmatũ: ſectatorũq; ꝑuicacia funditus corruerũt. Ex quo patet: eorũ falſa uolumia a deo nõ fuiſſe: nec eoꝝ doctrinã fuiſſe xp̄ianã. ¶ Vita inſup eoꝝ multis ĩfecta ſceleribꝰ idẽ potiſſime arguit: quoꝝ nemo etiã ex p̄cipuis hereſiarchis tã in uita q̃ in morte i honore: aut ueneratiõe habet: aut habitus eſt. Sicut inumeri ↄtra fideles: quorũ memoria in benedictiõe ꝑmanet in ęternũ: quoꝝ etiã cineres: oſſaq; a catholicis adorant̃: natalisq; ipſoꝝ dies ſũmis cũ laudibus celebrat̃. Eoꝝ deniq; libri uanis pleni: manifeſtiſſimiſq; erroribus: nõ mõ cõtra ſacrã ſcripturã: ſed ↄtra rationẽ naturalẽ: uerãq; philoſophiã tẽdẽtibus reuicũt̃. Quia ergo ſatis ↄtra eos a ſacris eſt doctoribus diſputatum: iiq; funditus ſublati ſũt: nõ opꝫ in hoc nos ãplius laborar̃: illoꝝ &

eni doctrinæ: puerſæq; relligionis abolitio fidē facit
eoꝝ prauitatis. Q̃m quæ a deo ſūt: certā rectitudinē
firmitatēq; h̄z: ac diſſolui n̄ poſſunt. ¶ Mahume
tanoꝝ ſectā oī ratione carere. Cap. vii.

ET mahumetani quodāmodo inter iu-
deos & hereticos medii: poſtremo no-
bis loco cōuincendi ſemp ſunt. Nā & iu
deoꝝ circūciſionē imitant̄: & oīum fere
hereticoꝝ errores coaceruarunt: iō non
m̄lto labore hęc ɔtra illos pugna ɔficiet. Siqs eni īter
eos uerſetur: illorūq; mores: ac relligionē diligēter cō
ſideret: legiferiq; mahumetis perlegat alchoanū: quē
inuiolabili fide tenendum putant: facile uanitatē de
præhendet. Omnis nāq; uera relligio aut a naturali:
aut a ſupernaturali lumine ꝓficiſcitur: ſed eoruz ſup
ſtitio penit⁹ confuſa a neutro hoꝝ lumine prouenit.
Quiuis enim uel mediocriter rationis: philoſophięq;
peritus: tam in ſpeculatiuis q̃ in practicis eam relligio
nem facile ſubuerteret: cuius auctor ſe litterarum om
nino ignarum fuiſſe oſtendit. Librum enim ſuū: quē
alchoranuz: ideſt præceptoꝝ collectionē uocat: adeo
inſulſe: ac confuſe tradidit: ut a nemine ordinem ullū
in eo deprehendi poſſe exiſtimē: quod p̄cipuū igno-
rantiæ eſt: atq; ſecordiæ ſignū. Tot præterea in eo fa
bulæ: totq; cōtra bonos mores imperata: uel p̄miſſa
cōtinent̄: q̃ ph̄i ludibria: & nefaria cēſerent: ut ea irri
dere ſatius ſit q̃ refellere: hmōi ergo relligio ab ipſo lu
mine naturali: cui ɔtraria ē: ꝓuēire n̄ pōt. Neq; ēt a ſu
ꝑnaturali ꝓueniet: quicqd. n. naturali lumini aduer-
ſat̄: ipſi ēt ſupn̄āli ɔtrariū ē: ut poſtea oſ̄dem⁹. ¶ Itē:
q̃ malo ichoata ſūt ꝑncipio: bonū ꝑraro: uel nūq̃ exi-
tū ſortiunt̄: ſz hęc ſecta auctori gloriat̄ mahūetę: qui

ſicut certa tradit hiſtoria prorſus irrõnabilis: ſcelera tus: adulter: & populorũ pdator fuit. Cũq; epilético: ut fert: morbo ſæpe correptus collaberet: interrogatus: cur id ei ↄtingeret: ſe ãgeli colloqo tũc frui refere bat. Vt ãt & gladio: nõ rõnibus iſtructus: pollicitationibus pmũ: malaq; arte hoies rudes: ac impuros ſibi aſciuit. Quib? paulatim alios in ſuã laſciuiã fabuloſamq; ſectã pellexit: armiſq; puagãte licẽtia ĩbecillem multitudinẽ ſubegit. Cum ergo origo peſſima fuerit neq; a deo cœpiſſe: neq; bono põt fine ↄcludi. ¶ In alchorano itẽ machumetes euãgeliũ: uetuſq; teſtm̃ ubiq; pbãs: atq; ↄfirmãs xpm cõmẽdat: quẽ de uirgie natũ: pphetamq; ueriſſimũ ↄfitet. Quid ergo iſipiẽtius dici põt: q̃ eadẽ affirmare & negare: n. c eã: quã pbat doctrinã: ſed ↄtrariã ſeq. Illud aũt ridiculũ eſt: qđ in erroris ſui excuſationẽ affert dicẽs: euãgelium a nob fuiſſe cũ ueteri teſtõ deprauatũ: qđ tã facile: ac apte refellit: q̃ leuiter: temereq; platũ ẽ. Pro certo. n. conſtat utriuſq; teſti codices hebraicis: græcis: latiniſq; lr̃is: iuxta harũ nationũ idiomata: ãtiqs monumẽtis aſſeuerari: p uniuerſum orbẽ ex iis cõplura uolumia eorũdẽ exẽplo uariis tpibus fidelr̃ eſſe trãſcripta: uetuſtiſſimiſq; nouiſſima ↄformari. Q ũo ergo i tot exẽplaribus apud diuerſas mũdi natões uariis liguis: diſſimilibuſq; hoium ſtudiis & igeniis potuit hæc ſimul locũ hr̃e deprauatio. Immo ex hmõi ſcripturarũ ↄſenſu illius fabulæ: ac mendacia: qbus inepte: pcaciterq; utrũq; teſtm̃ uitiauit: plane depħẽdunt. ¶ Vera iſup relligio ad bñ beateq; uiuẽdum: & ad cordis puritatẽ: ueritatiſq; ↄtẽplationẽ eſt ordinata. Eiuſmodi ãt ſecta terrena tm̃ ſapiẽs nulla ueræ beatitudis mẽtiõe hita: beſtialem quãdam uoluptatem uẽtri ↄſentaneã

poſt præſentē uitam policitet. Ne qs uero eum pabolice locutum exiſtimās in aliū ſenſum illius uerba accipiēda putet: aſſeueratio totius ſermonis oñdit. In quo liberū ſibi mētiri putās nihil in figuris a ſe traditum inter tot delirāmēta unq̄ dixit: huius ergo uanitas relligiōis p ſe declarat. ¶ Nil præterea diuinū: aut mirabile in hac ſecta: pp qd a deo exiſtimāda ſit: appet. Nullis enim quēdamoduꝫ xp̄iana relligio: fulcit miraculis: qd ipe mahumetes atteſtatur. Qui ait xp̄o miraculoꝝ uirtutē: qbus potiſſime mundum conuerteret: ſibi uero gladii poteſtatē eē cōceſſam. Et ad hoc miſſum: ut per uim ad fidem ſuam populos compellat: perinde ac per tyrānidem: uoluptateſq; : fiat acceptabile deo ſacrificiū. Q d aūt maximū inter eos habetur eſt: ubi ꝓnunciat. Non eſt deus: niſi deus: & mahumetes nūcius eius. Et ſępe repetit alchoranus. Deus eſt magnus: & potēs: & notiſſima quędam de deo multis poſtea deturbata fabulis: quas nec pueri nr̄i dignarentur. ¶ Nemo inſup īter eos magnaꝝ: diuīarūq; reꝝ auctor: uel ꝓpheta aliqñ uiſus ē: ſed fatuos ſtultoſq; quoſdā p furorē: ac īſaniā ſeipſos feriētes: ac debacchātes tāq̄ ſanctos uenerātur: apud quos nulla oīno diuinoꝝ pitia ē. Q d ſtulte ēt mahumetes ī alchorano ſibi met ɔtradicat: uel ex eo apparet: ubi ſe neſcire fatet: utrū ipſe & ſui in uia ſint ſalutis: nec nemineq; īter morales haberi: q alchoranū ītelligat. Nōne is auctor de ſua: d q; alioꝝ ſalute īcertus: ac mādata pplexa: īſcrutabiliaq; ꝓponēs potius lapidibus obruēdus q̄ imitādus fuit? Cuꝫ itaq; nullis rōnibus: nullis miraculis: nullaq; uitæ ſanctimōia hmōdi dogma fundatū ſit: ſequit ut oī ex pte ſit ſugillādū. Q d ſi diſputādi cū eis daret locus facilime uanitatis hui?

error detegeret̃: ſed iſcitiæ: ac prauitatis ſuę conſcius mahumetes callide mãdauit: nõ niſi gladio relligionem ſuã tuendã eſſe: ut qđ rõne: & honeſtate defendi nõ poterat: ferino impetu decerneret̃. ¶ Sed forte obiiciat aliqs. Cur fide xp̃i iam in toto orbe terrarꝝ ꝓpagata paſſus eſt deus ope mahumetis ĩnumeros pplos ab ĩperio ipſius xp̃i ſubduci: & ad alias leges cõpelli: nec ultricẽ manũ tanto tp̃e in eos extendit? ſed potius illorũ ĩperium ĩ hunc uſqꝫ diẽ augeri ꝑmiſit? Si ergo xp̃s ẽ de⁹: illiqꝫ mahumetes aduerſus: cur ſe a mahumete ſuperari paſſus eſt? Vera igit̃ (inquiũt ſaraceni) fides nr̃a eſt uera: aut falſa: hoc enim potiſſimum argumẽto aduerſus xp̃ianos ſe defendunt: quo etiã multi e nr̃is ita obuoluunt̃: ut qd rñdeãt: ꝓrſus ignorẽt. ¶ At nos primo rñdemus: ex hoc ſupiora argumẽta nr̃a: qbus xp̃m deum: & relligionẽ xp̃ianã uerã eẽ ꝓbauimus: nõ infirmari: nã ſi uita ſanctior ea quã docuit xp̃s: iueniri nõ põt. Atqꝫ ſi nemo alius a ſeculo tot mirabiliũ: & diuinorũ patrator opum comparuit: qs dubitet: hunc cœlitus deũ & hoĩem ꝓ ſalute humani generis aduenıſſe: quẽ talia: ac tãta oracula: ſigna geſta: ſucceſſuſqꝫ teſtãtur? Q đ ſi qua ĩ terris relligio uera eſt: nulla ꝑter xp̃ianã alia dari põtquæ profecto mahumetis legi pœnitus ceſſiſſet: ſi meliora p̃cepta ab eo ĩtroducta: aut maiora opa fuiſſent exhibita. Cũ aũt in eius lege: uniuerſoqꝫ pp̃lo nil magnificũ: nil p̃clarũ: nil ſingulare æditũ ſit: ſed enormia & ſubſannanda multa ↄſpiciant̃: nũqd præferẽdus eſt xp̃o? eo ꝙ multos a catholica fide ſeduxerit: plures debellauerit: & in malo inualuerit? Cur nõ pari argumẽto humani generis ſubuerſor diabolus xp̃o melior dici poteſt? qui plures multo q̃ mahumetes a ueritate detorquet.

te detorquet. Cur iuſtis: ſanctiſq; uiris impii & bonorum corruptores: qui plures q̃ iuſti ad ſe trahunt: non ꝓponũt. Oh admirabile argumentũ: mahumetẽ xp̃o ꝓponi: q̃a rudes & eneruatos pp̃los ipſius fraudibus: & pollicitatioib⁹: minis inſup: & gladio a fide xp̃i ſanctiſſima ſubductos: ad uoluptatẽ: perditoſq; mores induxerit. Sane opere precium eſt in malitia gloriari: haud talia noſtra ſunt argumenta: nõ his relligio noſtra nititur fundamentis. Quid uero mirum ẽ: ſi pauciores xp̃m ſequantur: iubent̃ benefacere: & mala pati: & propter inuiſibilia omnibus mũdi blandiciis abſtinere: duraq; omnia: acerbaq; potius eligere q̃ modeſtiam: continẽtiam: iuſtitiam: pietatem: fidẽq; maculare. Q đ ſi illorum ualida eſſet ratio: oĩs p̃hia confundi poſſet: dum bonum malum: uerum falſum: ac lucem deniq; ipſam tenebras exiſtimare: appellareq; liceret. Pauci. n. p̃hoꝝ ueritatẽ ueꝝq; bonũ ſequuntur ideoq; rari iter eos uiri integri extiterũt. Si ergo uitã ex numero cõmẽdemus: certe bonũ: qđ a ꝑpaucis obſeruari ꝯſueuit: malũ potius: multoꝝ aũt errorẽ bonum eẽ dicemus. Q đ cũ abſurdũ ſit: conſtat ab ipſo mahumete ñ iõ xp̃m eẽ ſupatũ: ꝙ diuina iuſtitia permittẽte multos laſciuiẽti licentia: armiſq; ſubegerit. Quẽadmodum etiam diabolo: ac prauis hõibus aſſidue ĩcautos: & ĩertes: ſimpliceſq;: & inocentes circunuenire & opprimere permiſſum eſt. Nam ſi xp̃s: cum adhuc eius nomẽ ignotum eſſet: & nouitate ignominioſæ mortis ĩaudita oĩb⁹ fugiẽdus: & nihil pendendus uideret̃: ꝯtra uniuerſũ mũdũ ꝑualuit: quid mõ ſi uellet poſt ei⁹ ubiq; gloriã celebratã receptãq; efficere poſſit? nonne facilius nũc q̃ ab initio xp̃iani nominis palma ꝯſurgeret. ¶ Sed hæc oĩa ipſo ſciente: ac ꝑmit

tēte: queadmodū etiā ab ipo pnūciata ſūt: in ultionē ſceleꝝ euenerūt. Scriptū eſt eni. Multi ſūt uocati: pauci uero electi: eccliaq; ſępenumero aucta: & diminuta eſt. Liberꝝ eni ad uirtutes & ad uitia nobis de⁹ dedit arbitriū: nec ab ipſo deo in alterutrā partē cogunť homines: neq; eni ſtāte natura cogi poſſūt: alioqn neq; merito: neq; demerito locus eſſet: ſi libertas ceſſaret. Deus aūt pmiis tātū hoies attrahēs: & pœnis a malo deterrēs: nō ſemel ↄceſſæ naturæ uiolator: ſed ↄſeruator exiſtit. Delinquētibus itaq; uarias pœnas cōmiatus primū ſtatuit: niſi cito reſipiſcerēt mētis excecatione: unde in pſona xpi: & iuſtoꝝ oīum ↄtra ipios loqť dauid. (Obſcurēť oculi eoꝝ ne uideāt: & dorſū eoꝝ ſemp icurua.) Et ad eſaiā ait dñs. (Vade exceca cor populi hui⁹: & aures ei⁹ aggraua: & oculos ei⁹ claude: ne qñ uideat oculis ſuis: & auribus ſuis audiat: & corde ſuo itelligat & ↄuertať: & ſana eū.) Sic & incredulis iudeis: q credere pmi debuerāt cordis obſtiatiōi euāgelio ſępius: & euerſio hieruſalē eoꝝ q; captiuitas uſq; i finē mūdi duratura pnūciata eſt. ¶ Itē mltos a fide catholica defecturos: paucoſq; ſaluādos legim⁹: ubi in ipſo euāgelio de nouiſſimis diebus loqť dñs. (Quia. n. abundauit iniqtas: refrigeſcet (inqt) charitas multoꝝ.) Et alibi. (Cū uenerit filius hois: putas inueniet fidē i terra?) Et apoſtolus eius paulus ad timotheū ſcribit. (Spiritus manifeſte dicit: qa i nouiſſimis tēpibus diſcedēt qdā a fide: attendētes ſpiritibus erroris: & doctrinis dęmonioꝝ in hypocriſi loquētiū mendaciū.) Deniq; ſi euangelicā doctrinā reuoluamus: hæc oia a xpo pnunciata: & ipſo pmittēte ſubſequta eſſe ↄperiemus: male uiuētes. n. ſuo puat lumie: ac i cecitate relinqt Queadmodum ergo iudeos pp ipſorum

ſoꝝ ſupbiã: ptinatiãqȝ: ita & mahumetanos: alioſq́ a fine ↄtumaces pp ſcelera puniuit. Nulla. n. pena grauior infligi põt q̃ ueri luminis: rectæq́ uitæ priuatio: propter quã certa dãnatiõis eternæ uia in præcipitiũ ducit. Nã ꝓut ſuperius declarauimus: extra fidẽ xp̃i nulla rectitudo: nullaq́ ſalus: ſed error: ac pditio eſt. ¶ At forte dices. Cur ꝓ patribus filii pœnas luũt? Si eni priſci iudei: ac mahumetãi peccauerũt: cur i filios & nepotes: eorũq́ poſteros huiuſmodi pœna deuoluta eſt? Reſpõdemus itaqȝ: eã eẽ chriſtianę fidei ubiqȝ terraꝝ maĩfeſtationẽ: miraculorũq́ famã: ut nemo ſe excuſare poſſit: qn ei ueritatis inqrendę: cognoſcẽdę qȝ facultas oblata ſit: quã ſi neglexerit: ipſi iputetur: neqȝ eni i parentũ reatũ ueniret: niſi idẽ crimẽ ultio ſequeret. Aut ſi iuxta rõnẽ naturalẽ uitã ſalteȝ cõponeret: ab ipo deo: q i neceſſariis nemini deeſt: ſed ſp eſt p̃ſto ꝓculdubio illuſtraret id qđ iã ſatis ſupra oñdim⁹. ¶ Quãq̃ occulta inſup dei iudicia pluria ſũt: quæ ab hoib⁹ iueſtigari ñ poſſunt: ꝓpterea ait aplus. (Concluſit deus oĩa i icredulitate: ut oĩu ȝ miſereat.) Mox qȝ inſcrutabilẽ: & ꝓfundiſſimã diuię maieſtatis abyſſum expaueſcens exclamat. (O altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei q̃ incõpræhẽſibilia ſũt iuditia ei⁹: & iueſtigabiles uię eius. Quis eni cognouit ſenſũ dñi: aut qs ↄſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: & retribueret ei? qm̃ ex ipſo: & p ipſũ: & in ipſo ſũt oĩa: ipſi honor & gloria in ſęcula ſęculoꝝ amen.) ¶ Illud tñ ſciendũ eſt: ꝙ ſicut dñs noſter ieſus xp̃s futura hæc mala pręnũciauit: ita eccleſiã quoqȝ ſuã inſtabili petra fundatã nũq̃ defuturã atteſtatus ẽ dicẽs. (Ecce ego uobiſcũ ſũ oĩbus diebus uſqȝ ad ↄſumationẽ ſeculi.) Sicut ergo quæ is prænũciauit ad hunc uſqȝ di

em oia euenerũt:inter q̃ multoꝝ ã ſi de cernit̃ dilectio ita credimus eccleſiã i æternũ permãſurã:tã ſolida.n. hẽt fundamẽta:ut putare nefas ſit ea poſſe ſubuerti. Quinimo ubi ultrix ira dei ĩ peſſimos xp̃ianos:cæte roꝛq̃ĩfideles:cõpleta fuerit:eccleſiã illũ ſuã renouatu rũ:atq̃ uniuerſum terraꝝ orbẽ ad ſe cõuerſurũ eẽ cõ fidimus: ut fiat unum ouile:& unus paſtor:qđ non ꝓcul ab hinc oĩno fore ſperamus. Atq̃ ita per uarias t̃poꝝ uices nũc ꝓſpe nũc aduerſe nauigãs petri naui cula pſeuerauit donec ueniet dies dñi magn⁹:in quo manifeſta erũt abſcõdita tẽebraꝝ:iuſtiſſimaq̃ʒ dei iu dicia tũ demũ cognoſcẽtur. Nũc aũt quo ad ꝑuerſita tem mahumetis pertinet:ſatis dictum eſt:poſtq̃ neqʒ diuinis:neqʒ humanis rõnibus ſe tueri poteſt: ſed ſo la ui:atqʒ irrationabili impetu fertur. Cũqʒ nullum uiolẽtũ poſſit eẽ ꝑpetuũ:quãto magis aucta eſt:tãto maiore corruet lapſu:cuius ſane ruina ſeductis ab eo populis: cõperta ueritate:fiet in ſalutem.

¶ Chriſtianam relligionem omnino ueram: & ſta bilem eſſe. Capitulũ.viii.

SVperioribus itaq̃ ſectis:& erroribus ɔfutatis cũ oĩs relligio uel a naturali:uel a ſupnatura li lumĩe:uł ab utroqʒ ꝓficiſcat̃. Si q̃ aliæ uel relligiões:uel ſupſtitiões inuẽtæ fuerit:ad il las:quas enumerauimus redigẽt̃. Relligiões.n. ſolæ lũmie naturali ɔtentæ aut a ueris ꝑncipiis hũanæ rõ nis ꝓueiũt:& hæc ẽ ꝑhioꝝ traditio:quã ad ſalutẽ nõ ſufficere ꝓbauimus:aut a falſis ꝑncipiis originẽ hñt. Et hæc duplici conſtãt dr̃ia quia uel a falſis tantũmõ reꝝ naturaliũ ꝑncipiis pendẽt: cuiuſmodi eſt aſtrolo goꝝ ſupſtitio:quãdã oñdẽtiũ diuinãdi ꝑitiã:quã pa riter reprobauimus. Vel a falſis habent̃ ꝑncipiis dæ

monum

monũ arte iuentis: ueluti eſt idolatria ſupius a nobis dãnata. Si aũt a lumĩe ſupnaturali relligio ſit accep- ta: nulla alia: q̃ lumẽ nãle trãſcẽdat: pter ueteris & no ui teſti legẽ iueniť. Aut ergo ſolũ uet⁹ teſtm̃ pbať: id qȝ iudei faciũt deũ ueȝ ſe collere affirmãtes: aut nouũ puertiť & deprauať: qđ ab hereticis aut utrũqȝ ↄfun ditur: qđ ab ipſis fit mahũetanis. Qui aũt utrũqȝ te ſtamẽtũ cũ nãli lumie fideliter tenẽt: xp̃iani ſũt: nãlẽ ſciam ſupnaturalẽqȝ ãplectẽtes: ac p̃ oibus recte ſẽtiẽ tes. Cũ itaqȝ oẽs mũdi relligiõẽs: ſectęqȝ hact en⁹ iuẽ tæ: ul ẽẽ: ipſę ſint: q̃s receſſuim⁹: uel inter eas ãnumerã dę: nullaqȝ alia rõnibus ac miraculis xp̃ianæ relligiõi pferri poſſit: q̃ tãto cæteras oẽs excedit: q̃to eſt cœlũ terra ſublimius: q̃tũue lux a tenebris differt: mãifeſtũ eſt: ſolã xp̃ianã relligionẽ uerã: ipſamqȝ unicũ ſalutis portũ tutiſſimũ eſſe. ¶ At ſiqs arbitreť: relligionẽ ad huc meliorẽ forte ſupuẽturã: futurũqȝ aliqñ exiſtiet: ut ea ſupueniẽte xp̃ianæ fidei derogeť: ne qd relinqua tur itactũ: oẽm cauillationẽ auferemus. Primo itaqȝ dicem⁹; cũ in p̃ſenti nulla melior relligio q̃ xp̃iana iue niať: huic eẽ penit⁹ ihærẽdũ: ut q̃tũ ↄcediť: deo recte ſeruiam⁹. Sin aũt meliorẽ de⁹ iſpirauerit: tũc illã ſeq oportebit: ſed hoc nondũ apparuit: idqȝ eſſe euẽturũ omni rõne: ↄiecturaqȝ caret. Sin: ut ſupius efficaciter pbatũ eſt: nullus melior hũanæ uitæ finis: nec certi⁹ mediũ: aut pfectior uita his q̃ xp̃iana r̃lligio ponit: in ueniri: aut excogitari pñt: qd ãmplius lȝ optať: cũ ẽt illi⁹ exterior cultus ſit admirabilis: & ad iducẽdũ ho mines ad ſuũ finẽ optim⁹. Tot iſup rõnib⁹: oraculis ſignis: atqȝ miraculis fũdata: ſtabilitaqȝ ſit: ut nil ma ius i mũdo fieri poſſit. ¶ Sȝ eſto meliorẽ in poſterũ da ri poſſe relligionẽ: nõ tamẽ xp̃anã pfeſſionẽ ea dãna-

re: aut abolere poſſet. Cū.n. xp̄iana fides (ut in ſcd̄o huius opis libro oñdimus) ſupnaturali p̄cipue lumine ducat̄ non pōt eē niſi a deo. Ex quo tot bōa totq̧ mirabilia mundo affluxerūt: quæ ſolus ipſe deus nō alius facere ualuit. His pariter naturale rōnis lumen ab ipo deo iſtitutū ɔſētaneū accedit. Si ergo noua relligio melior ac p̄fectior q̄ xpiana ſiue naturali ſiue ſupnaturali lumine iduceret̄: nō poſſet illi eſſe ɔtraria. Quę.n. rōne naturali nobis iſita ſūt ueriſſima eē opz ita ut alit̄ cogitare neq̄amus. Quę uero fide tenem⁹: tā euidētē ɔfirmatione oñdūt ut ul' miniū dubitar̄ ſit nefas. Quia ergo ue℞ uero ɔſonat: certū ē q̄ a quocūq̧ lumine talis relligio p̄cederet xp̄ianę relligiōi repugnare non poſſet. Q̄ m̄ ambę eēnt adeo: a quo utrūq̧ lumē p̄cedit: q ſibi nunq̄ ɔtradicit nec mō uera: mō ɔtraria docet. Auctori.n. ueritatis falſitatē: aut fallaciā iputare ipiū blaſſemūq̧ eſt. ¶ Contrariis itē rōnibus ita iplicat̄ itellectus ut i uera rōne p̄ceder̄ neq̄at. Sed ſi ɔtrarię cognitiōes nob̄ a deo imitterēt̄: ex hoc intellectus nr̄i cognoſcenda ueritate ipediret̄: qđ ab ipo deo eē nō pōt. Si ergo relligio nr̄a a lumine ſup naturali p̄cedēs oia ēt ap̄pbat: q̄ a nālis lumine rōnis p̄ueniunt: neceſſe eſt q̄libet relligionē uerā: ſi qua uentura eēt: qcqd xp̄iana tenet relligio: eē p̄culdubio ap̄pbaturā.

¶ Totius opis epilogus. Cap̄. ix.



T āt breui epilogo q̄ ſupioribus libris dicta ſunt perſtringētes collectæ oculis ratiōes facilius offerant̄. Dicimus xp̄ianos ad credēda: obſeruādaq̧ xp̄i & ei⁹ ecclīæ myſteria: ac p̄cepta nō leuit̄: ſʒ ſapiētiſſime moueri. Primū ſiqdē ſapiētis ē orbis hui⁹ magnitudīe ordīe: pulchritudine

tudine: pennitateq; diligent̃ ↄſideratis: deũ tãto opi ꝑeẽ: hoc ẽ ꝑmũ motorẽ: ſeu ꝑmã cãʒ: ſeu ꝑmũ ens oiũ nobiliſſimũ ↄfiteri. Nihil. n. mouet ſeipm et i mouẽti b⁹: ſeu ꝑducẽtib⁹ nõ ẽ ꝑceſſus iſinitus. Cũ uero ſpũs corpe nobilior ſit & act⁹ potẽtia neceſſeq; ſit actũ ſim plr eẽ potẽtia ipſa ꝑorẽ: quis deũ nõ eẽ corpus: nec cor pis formã: neqʒ ex ꝑtibus cõpoſitũ: niſi q penit⁹ deſi piat: negar̃ põt? Q đ ſi deus actus purus: qs dubitet ipʒ eẽ pfectũ & ſũmũ bonũ iſinitęqʒ potẽtię: q̃ i oib⁹ opat̃ immutabileʒ quoq; & æternũ atq; unũ? niſi ois pr̃ſus phię ſit exps. Et cũ uideamus i rebus nobiliori bus: ut i ipſis aĩatis: ꝙ q̃to magis a mã eaꝝ formę ele uant̃: tãto magis cognitiõis ꝑticipes ſunt nemini ãbi gẽdũ eſt: cũ deus ſit actus purus: quin ẽt ſit itelligẽs: immo ipſe intellectus ac ſapiẽtia iſinita. Cũ ãt nullus ſine uolũtate ſit itellectus: nullaq; nõ libera uolũtas: mãifeſte pʒ: deo uolũtatẽ ineſſe: & q̃ agit: nõ neceſſita te nãę ſʒ ꝑpria ager̃ libertate. Quapꝑ cũ i oib⁹ ꝑ ſuũ itellectũ & uolũtatẽ tãq̃ ꝑma cã opet̃: ẽt ↄfiteri opʒ ipm hr̃e oiuʒ ꝑſerti reꝝ hũanaꝝ ꝑuidetiã. Cũ hõ ſit oium creaturaꝝ corpeaꝝ nobiliſſim⁹: & ꝑꝑ ipm fa cta ſint oia nãliadei itaq; eſt hoiem ad finẽ ſuũ dirige re. Hõ ãt ꝑut ẽ rõnalis nõ põt ad aliũ finẽ pręter q̃ ad diuinoꝝ ↄtẽplationẽ ordinari: cũ finis intellectus ſit ueritas & uoluntatis obiectũ ſit bonũ ul̃e quod in re bus creatis inueniri nõ põt. At qm̃ ꝑſens uita calami tatib⁹ plena exiſtit: nr̃aqʒ cognitio: dũ hac mole car nis tegimur: ꝑexigua reſultat: beatitudinẽ in ea po nere ualde irrationabile eſt: ideo aliã uitã ↄcedere ne ceſſitas cogit: animamqʒ noſtram eſſe immortalem atq; ipſius coporis formam: alioquin non ap[illegible]eret qũo & per qd hõ eẽt hõ. Proinde ſeqtur [illegible] aliquõ

mõ ſubſiſtentẽ: & ſeparabilẽ eẽ. Qui.n.ita ſentiunt uiã ueritatis tenẽtes oẽs laqos: nodoſqȝ: qbus ii: q ab hac ſnia diſcrepãt: iplicãt: facillime euadũt. Si igit̃ rerũ naturaliũ ordinẽ ſubtilr̃ iueſtigemus: qd doctriæ xp̃ianæ talia aſſerẽti irrationabile impingi põt? Nõne hæc oia rõni ↄſona a ſapientiſſimis uiris inſolubilibus argumẽtis approbata ſunt. ¶ Proponamus ẽt nobis deſcriptũ ſupius triũphũ: icõpabilia xp̃i opa conſiderãtes: nilqȝ i doctria xp̃iana a rõne alienũ inueniemus. Quis.n.negare p̃t: aliquã i mũdo uerã eẽ relligionẽ? cũ oẽs hoies ad collẽdũ deũ: ſtimulãte nã: iclient̃: cultuſqȝ ipſe diuius mediũ pueniẽdi ad beatitudinẽ exiſtat. Nihil ſiqdẽ ab ipſo deo ad aliquẽ finẽ ſine exhibitiõe medii illũ tendẽtis ordinat̃ alioqn ad huiuſmodi finem id fruſtra inſtitueret̃: qđ deo minime cõuenit. Quid uero aliud q̃ bene uiuere uerus dei cultus expoſcit? deũ.n.collere eſt ipſum uenerari: & ut deũ agnoſcere is aũt melius uenerari non põt: q̃ in ſui effectus pfectionẽ: qui in bona hois uita cõſiſtit. Cũ aũt nulla melior uita q̃ xp̃iana inueniri: aut excogitari q̃at: pȝ ipſius cultũ eẽ optimũ: cuius fine ac medio ad ipſum finẽ pueniendi nullus rõnabilior & perfectior finis: aut certius mediũ dari põt. Certũ eſt ergo rlligionẽ xp̃ianã uerã & a deo eẽ: qua ad uerã beatitudinẽ recto tramite hoies pducuntur. Niſi.n.hæc ad beatitudinẽ pducat: quæ nam alia id pręſtare poterit? non ergo leuiter: ſed ſapientiſſime pſeſſio uitaq; chriſtiana ſuſcipit̃: & obſeruat̃. ¶ Quod ſi tibi prima fronte abſonum uideat̃ credere cru cifixũ deũ dei filiũ & hoiem eẽ: cogita queſo tantã uitæ rectitudinẽ a tam imenſo errore generari nõ poſſe. Expiẽtia ſi qdẽ docet: uitã xp̃ianã: q̃ purgatiſſima ẽ: a fide cruci

fixi ꝑuenire: nutriri: augeri: ac perfici. A iaduerte itē ſacras ueteris nouiq; teſti ſcripturas: i qbus tota ↄſiſtit fides: nō niſi a deo eē poſſe: ex qbus tot ante ānos futura ꝑnūtiata ſūt: totq; ſctiſſimę uitę xpianę fructus emanarūt: ac inumeri ſapientes ad ueritatis huius lumē ↄuerſi ſunt. ⁋ Præterea: ſi fides xpi falſa eēt id ꝑfecto uiris ꝑſertim purgatiſſimis in orone: diuinoꝶq; ↄtēplatiōe a deo ſup oia ueritatis lumē obſecrātibus tandē aperiret. Sed cū re ipſa cōpertū ſit: huiuſcemodi uiros magis: ac magis in hac ꝓfeſſiōe ↄfirmari: nequaq̄ pōt cū falſitate diuiniſſim⁹ effectus cōuēire: neq; ſubīde xpi fides falſa eſſe. Q̄ d' ēt ab exteriori cultu ꝓbat: cui q̄to deuote magis & humili⁹ homines ſubiiciunt: tanto ſanctiores euadūt: ↄtra uero q eū contēnunt: uel irreuerenter collūt: deteriores efficiunt. ⁋ Præterea: ſi uana hæc fides eſſet: quō pacto imobilis ai tranqlitas: & intrepida libertas: ſoliduq; gaudiū chriſtianis inſitū eēt: ut inumeri utriuſq; ſexus ſūmas tribulationes: preſſuraſq; ꝑferentes in ꝑcipuis deliciis ↄſtituti uideant? Nempe ſi eiuſmodi errore ducerent: nec bonę uitæ illis incremētū: nec ſupra humanas uires ↄſtans in aduerſis letitia ꝑ xpi noie redundaret. Quinimo hāc animi ſinceritatē: iocūditatēq; adeo refulgeſ i ipſo corpore cernimus: ut apud omnes quadam frontis uenuſtate totiuſq; oris maieſtate uenerabiles fiant: ex eoꝶq; cōſpectu plurimi tanq̄ radiis diuinitus afflati in melius uitam commutent. Quæ cum quottidie in eccleſia dei conſpiciantur: quis fidem tam ſanctam: tam admirabilem: tam efficacē: niſi omnino mente captus irridere: imo non approbare: atq; admirari queat? ⁋ Si uero xpꝫ de ſupis: inferiſq; triumphātē ↄſideraueriмus: nul-

lus dubitatiōi ſuperit loc⁹: qn ipſe uerus ſit deus: qui reluctantē uniuerſū orbē diis.ſ.oium nationū: necnō ipatoribus: tyrānis: philoſophis hereticis efferriſq; gē tibus ꝯtra eū pugnantibus nō ui: nec armis: nec terre nag rerū pollicitatiōib⁹: nō facūdo ac reſonāti eloqo: ſed ſobrio caſtoq; paucorū pauperū: & humiliū ſermo ne: exemploq; ſubegit: ſuiſq; legibus immutauit. Et quæcūq; cogitauerat: q̄ uel ipoſſibilia oino uidebāt: effecit: mirabiliq; quoq; ſapiētia ſua: facillime incredi biliq; celeritate totū iacētē in tēebris terrarū orbē pœ nit⁹ illuſtrauit ab errorib⁹q; purgauit. Immēſa dehic bonitate ſua ita ad ſui amorē hōinū corda illexit: ut inumerabiles oiū gentiū populi utriuſq; ſexus: & cu iuſcūq; cōditiōis: ꝓfeſſioniſq; hoies etiā ſapientiſſimi mundana oia pro eius amore atq; cōfeſſione floccipē derint. Ludibria inſup: minas: uerbera: tormenta: ex tremaq; ſupplicia gratāter adierint: quis rogo hoium aut deorū eiuſmodi potētię ſapiētię: ac bonitatis unq̄ apparuit: ſi ergo hic deus non eſt: qs inq̄ alius eē pōt? Nūqd ſceleſtiſſimus: & ſupbiſſimus hō: qualē ſi deus uere n̄ eſſet: chriſtū dicere oporteret: talia iplere potuiſ ſet? Nōne ſi abſq; miraculis ea feciſſet: hoc ipſū abſq; ullo obtinuiſſe miraculo: miraculorū eſſet maximū? ¶ Quid uero a rōne alienū: xps edocuit? ſi incōprēhē ſibilis trinitatis archanū reuelauit: eius ueſtigium: & imaginē i creaturis cernim⁹. Nec iō ꝯtra philoſophiā aliqd aſtruimus: ſi mūdi creationē phibuit: ꝯtra rōnē n̄ militat: cū oia a p̄ma efficiente cā facta eē ꝯgruū ſit. Si aiarū ſanctificationē conſideres ratio piter dictat: ut hō ad ſupnaturalē beatitudinē: ad quā ordinaꝣ: per ſupnaturale donū ipſum ſanctificās trāſferatur. Quo autē ad beatitudinē & gloriā aiarū: ꝯſentaneū

eſt:

eſt:ut ad id ad qđ ordiatæ ſunt pueniāt. Si reſurrctio
nem corpoꝝ attendas:nō fruſtra expetitur: qa aia ſe
parata: ut forma ꝑpriā materiā:ſuū appetit corpus:
cum quo ꝑut bene uel male egerit æquū ē:ut cōmunē
retributionē recipiat. Si totius mundi glorificatio ex
pectatur:quid inde icōueniēs dicim⁹? Quāq̄ eni bea
ti poſt reſurrectiōis gloriā corporū miniſterio:nec pp
corpus:nec ꝑpter ītelliectū indigebūt:eo ꝙ icorrupti
bile tūc corpus induerint: nec per ſenſus cognitiōem
accipiēt:cum oēs dei eſſentiā uiſuri ſint:tamē qa cor
poreus oculus ad eſſentię diuinæ uiſionē nō pueniet:
conuenientiſſimū erit:etiā corpora cæleſtia:& æleme
ta glorificari:ut ipſi oculo glorificato ↄgruū:& dele
ctabile obiectū præbeatur. Si deū hoīem factū aſſeri
mus:qd decentius:magiſuepiū ab optimo parēte:&
opifice oīum concedi potuit q̄ ut ſedētes in tenebris:
& i umbra mortis per ſemet deus ipſe illuminaret:&
de fine:pfectaqꝫ uita eos certiores faciēs:ꝑ illoꝝ pec
catis pariter ſatiſfaceret:quibus diluendis nemo ali⁹
ſufficere poterat. Iccirco q ad delēda peccata uenerat
etiā ſine peccati labe de uirgine naſci debuit:& i cru
ce mori:ut exemplū nobis exhiberet:pro iuſtitia nul
lum genus mortis eſſe fugiendū. Ipſum deniqꝫ reſur
gere:& in cœlū ad patris dexterā aſcēdeř dignū fuit:
ut oībus reſurrectiōis:æternæqꝫ uitæ ſpes certior ꝓ
beretur. Et q pro oībus factus reus iudiciū ultro ſubi
it:par eſt:ut oīum iudex ſuꝑmus exiſtat. ¶ Quid inſu
per circa moralia: aut iudicialia a chriſtiana relligiōe
irrationabile traditur? cū nulla uita melior nullūqꝫ p
fectius regimē q̄ chriſtianę inſtitutiōis iueniař. Quic
qd eni boni ſup his a phis: doctiſſimiſqꝫ uiris tracta
tum eſt:illa ſuſcipit:nihilqꝫ ueri reiiciens:perfectiora

multa abũdãti⁹ cumulauit. In cerimõialibus quoqꝫ nil ĩpoſſibile: nil ɔtra ratiõe admittitur: ſed magnã inde ſanctitatẽ: diuinorũqꝫ delectatiõe homo acquirit. ¶ Quid ſimile queſo aliæ relligiones afferũt? An philoſophi in eius cõparatiõe uenire poſſunt: q nec de fine humanæ uitæ: nec de ipſo medio qcq̃ certi diffiniẽtes: errores plurimos diſſeminarũt. Aſtroꝝ uero cultoribus: fabulis: ac uanis ſupſtitiõibus occupatis nulli pnitioſius: ſtultiuſqꝫ delirat. Idolatræ nihil ueri: aut honeſti habent. Cõtra iudeos ſigna ꝓmiſſa: & oracula ꝑphetarum: ſacerdotia: ſacrificia: oĩaqꝫ illius gentis monumenta: euentus deniqꝫ ipſi: ac mille iam & q̃dringentoꝝ qnquaginta pluriũqꝫ annoꝝ captiuitas: extirpatioqꝫ: ac diſſipatio: uaſtatioqꝫ r̃clamãt. Hereticos euãgeliũ: & inter eos diſſenſio: ac demũ ꝓfligatio ſatis coarguit: & iã funditus extinxit. Contra mahumetanos oĩs philoſophia: oĩs recta ĩſtitutio inuehitur: in quibus nil ſolidũ: aut fide dignũ reperitur. At doctrinã chriſtianã tot ſtabilitã uitæ ſanctiſſimæ fundamẽtis: totqꝫ bonoꝝ in mũdo opeꝝ effectricem: quæ tãto tẽpore: cõtraqꝫ tot accerrimos ĩpugnatores ſua ſãctitate ꝑualuit nulla obiectio naturali: uł ſupnaturali lumine eruta ĩfringere: uel damnare põt. ¶ Quis ergo recte ſẽtiẽs fidẽ hãc chriſti ſalluberrimã non imitandã: & amplectendã omnino ꝓponat? Deſiſtite igitur ſcioli: ac temerarii: qui nõ aliter q̃ ɔtra fidem blaſphemando ſapientes uideri poſſe putatis. Deſinite tandẽ cõtra eam garrire: & in pernitiẽ ueſtrã ꝓfanis ſacra latratibus temerare. Sed cũ tãta tẽpoꝝ: rerumqꝫ cõnexiõe ſacris uaticiniis: manifeſtis ſignis: certo ſucceſſu: ſaluberrima doctria: ĩ cõparabili uitæ ſanctimonia: pręclariſſimoꝝ uiroꝝ approbatiõibus:

& exemplis:

& exemplis: miraculorumq; frequentia: ac celebrita
te: poſtremoq; inumerabiliũ martyrum ſanguine ab
exordio in ſuccedentia uſq; tempora fundata: extru-
cta: roborataq; ſit. Cõcedite hanc unam ueriſſimam
eſſe: aliam hinc celeriter uitã ſine ullo dubio expectã-
tes: hiſq; tremẽdi iudicis ſentẽtia ſubeunda eſt. Qui
oues qdẽ: ideſt bonos a dextris: hedos aũt. ſ. malos a
ſiniſtris ſtatuet: hiq; ibũt in ſuppliciũ æternũ: illi ue
ro in uitam æternã. Vbi in trinitate unũ deũ ineffabi
lem: imenſũq; uidebũt: eoq; perpetuo pfruentur per
gratiam inuictiſſimi: triumphantiſq; redemptoris no
ſtri dñi ieſu chriſti. Cui eſt honor: uirtus: poteſtas: im
perium per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Finit ſolenniſſimũ opuſculũ: in quatuor libris di
ſtinctũ: de ueritate fidei catholicæ: æditũ ab eximio
theologo fratre Hieronymo ſauonarola: ferrarieñſi:
Impreſſumq; Venetiis accurata diligentia per Lucã
olchienſem artium & legum profeſſorem. Anno dñi
M.CCCCCXVII. Die uero octauo mẽſis Iunii.

Regiſtrum

A B C D E F G H I K L M N O

Omnes ſunt quaterni.

LEGATORIA
R. SAL[illegible] [illegible]A
Via Val Sassina, 69
Tel. 899.223